Dr. Martin Luthers

Briefe,

Sendschreiben und Bedenken,

15047

vollständig

aus den verschiedenen Ausgaben seiner Werke und Briefe, aus andern Büchern und noch unbenutzten Handschriften gesammelt, kritisch und historisch bearbeitet

von

Dr. Wilhelm Martin Leberecht de Wette,

Professor der Theologie zu Basel.

Zweyter Theil.

Luthers Briefe von seinem Aufenthalt auf Wartburg bis zu seiner Verheurathung.

Mit zwey nachgezeichneten Briefen in Steindruck.

Berlin,
bey G. Reimer.
1826.

1521.

September

17. Er sendet an Spalatin das Evangelium von den 10 Aussätzigen.

October

16. L. ist von seiner Krankheit genesen und will gegen den neuen Ablaß-Unfug in Halle schreiben.
Trostschrift an die Wittenberger.

November

1. Er hat die Schrift gegen den Ablaß in Halle vollendet.
11. Er übersendet sie an Spalatin mit der bestimmten Erklärung, daß er sich nicht an der Herausgabe derselben wolle hindern lassen. Zugleich schickt er seine Schrift vom Mißbrauch der Messe.
19. Datum der Zueignung der deutschen Postille.
21. Datum der Schrift von den geistlichen und Klostergelübden.
25. Datum der Schrift vom Mißbrauch der Messe. L. schreibt an den Erzbischof von Mainz.
L. reist heimlich nach Wittenberg.

December

18. L. will das N. T. übersetzen.
20. Er schreibt an W. Link, daß er den Austritt aus dem Kloster freygeben soll.
25. Neuerungen Karlstadts in Wittenberg.
Convent der Augustiner daselbst, und Beschluß derselben, daß es einem Jeden freystehen soll, im Kloster zu bleiben oder nicht, worauf alle ausser dem Prior austreten.

1522.

Januar

9. Adrian VI. wird zum Papst erwählt.
13. L. schreibt nach Wittenberg über die Zwickauer Propheten.
17. Sein Schreiben an Capito. Er ist entschlossen, bald nach Wittenberg zurückzukehren.

Februar

Ende. L. kündigt dem Kurfürsten seine nahe Rückkehr nach Wittenberg an.

März

5. L. zu Borne auf dem Wege nach Wittenberg.
7. Er kommt zu Wittenberg an, und predigt acht Tage hinter einander.
23. Anfang des Reichstages in Nürnberg.

1522.	
März	
unbestimmt.	L. hat vom N. T. den Matthäus an Spalatin gesandt s. N°. CCCLXXVI.
—	Sendschreiben an Hartmuth von Kronberg.
30.	L. ist mit dem Ausfeilen des N. T. beschäftigt.
April	
12.	L. hat mit den Zwickauer Schwärmern eine Unterredung gehabt.
—	Die Schrift von beyder Gestalt des Sakraments zu nehmen.
14.	Das N. T. ist bis zum Johannes fertig.
17.	L. empfiehlt Gabriel Zwilling zum Prediger in Altenburg.
21.	Karlstadt will gegen L. schreiben.
May	
5.	L. ist in Eulenburg, nachdem er in Zwickau gewesen.
8.	Der Reichstag wird auf das Spätjahr verschoben.
10.	L. sendet eine Probe der Bibelübersetzung an Spalatin, und erwartet von ihm Edelsteine zum Behuf der Uebersetzung der Apokalypse.
Junius	
26.	L. schreibt an J. Lange über Heinrichs VIII. Buch.
Julius	
4.	Spalatin hat das Ev. Marci und den Br. an die Römer erhalten, nächstens werden das Evang. Luca und die Br. an die Korinther fertig werden.
10.	Sendschreiben an die Kirche zu Erfurt, und an die böhmischen Landstände.
15.	Schrift gegen Heinrich VIII.
26.	Das N. T. ist zur Hälfte fertig.
29.	L. gibt Melanchthons Annotatt. in epp. Pauli ad Rom. et Corinth. heraus.
August	
20.	L. ist mit der Erklärung des Gleichnisses vom ungerechten Haushalter beschäftigt.
September	
21.	Das N. T. wird fertig.
October	
13.	Bugenhagens Hochzeit.
23.	L. predigt in Erfurt.
November	Mandat des Herzogs Georg, Luthers N. T. der Obrigkeit einzuhändigen.
8.	Luther ist mit der Uebersetzung des 3 B. Moses beschäftigt.

1522.

December

13. Zweyter Reichstag zu Nürnberg. Papst Adrians Breve d. d. 25. November an die Reichsstände, wogegen diese 100 Gravamina zu übergeben beschließen.

19. Die BB. Moses sind fertig. Eine neue Ausgabe des N. T.

20. L. geht an die Schrift: Von weltlicher Oberkeit, wie weit man ihr Gehorsam schuldig.

1523.

Januar

1. Zueignung dieser Schrift.

3. L.'s Brief an Herzog Georg.

11. Schreiben an den Rath zu Stettin.

16. Deutung der zwo gräulichen Figuren Papstesels zu Rom und Münchkalbs zu Freyberg.

20. Heinrich VIII. schreibt an den Kurfürsten und den Herzog von Sachsen wegen Luthers Schmähschrift.

Februar

Mitte. Schrift wider den gewaffneten Mann Cochleus.

25. H. von Kronberg ist in Wittenberg.

März

6. Scharfes Edikt des Kaisers wider Luther, anstatt des Reichstagsabschieds.

8. L. hat in Schweinitz Gevatter gestanden.

28. Ermahnung an die Herren deutschen Ordens.

April

8. Neun Nonnen, unter ihnen Katharina von Bora, sind in Wittenberg angekommen.

Sendschreiben an L. Koppe.

May

1. L. ist in Weimar.

9. Herzog Georg antwortet Heinrich VIII. mit bittern Aeusserungen über Luthern. Emser läßt den Brief mit des Königs Schreiben drucken.

17. L. ist nach Wittenberg zurückgekehrt.

unbestimmt. Das 5. B. M. wird dem Druck übergeben.

— Sickingens Burg wird erobert.

31. Päpstliche Bulle zur Canonisation des Bischofs Benno.

Junius

3. L.'s Schreiben an den Grafen Albrecht.

10. Christus Ablaßbrief.

Julius

11. Die Schrift wider die Verkehrer und Fälscher des Kais. Mandats (v. 6. März) ist vollendet, die Auslegung des 7. Kap. des Br. an die Korinther unter der Feder.

1523.	
Julius	
unbestimmt.	Sendschreiben an die Christen in Holland u. Brabant.
August	
11.	L. ist in Leißnig gewesen, des Zwiespalts halben über den gemeinen Kasten.
unbestimmt.	Schrift wider die Verkehrer ꝛc.
—	Sendschreiben an die Christen zu Riga.
24.	Sendschreiben an die Christen zu Worms.
September	
7.	Sendschreiben an Herzog Karl von Savoyen.
14. al. 24.	Papst Hadrian stirbt.
October	
11.	Sendschreiben an die Gemeinde in Eßlingen.
November	
13.	Die Schrift an die Böhmischen und Mährischen Brüder war fertig.
19.	Clemens VII. besteigt den päpstlichen Thron. Es ist ein Reichstag nach Nürnberg ausgeschrieben. Der Kurfürst findet sich am Anfang des Dec. dazu ein. Er wird aber erst am 14. Jan. 1524 eröffnet.
December	
4.	Der 2. Theil des A. T. war fertig. L. sendet an Hausmann die Formula Missae.
11.	Sendschreiben an die Christen zu Augsburg.
unbestimmt.	An den Rath und das Volk von Prag.
1524.	
Januar	
7.	Karlstadt hat in Jena eine Winkeldruckerey errichtet.
14.	Ein Gesandter Ferdinands ist bey L. gewesen. Der Reichstag wird eröffnet.
Februar	
14.	L. schreibt an den Kurf. von Mainz wegen der Miltenberger. Der Kurfürst von Sachsen ist von Nürnberg abgereist.
23.	Der dritte Theil des A. T. ist im Druck. L. ist aber sehr durch die Schwierigkeiten im Hiob aufgehalten.
unbestimmt.	Brief an die Miltenberger.
März	
14.	Die Postille ist unter der Presse.
23.	L. hält beym Kurfürsten darum an, daß dem Melanchthon eine theologische Professur übertragen werde.
April	
18.	Reichsabschied, worin die Vollziehung des Wormser Edikts befohlen. L. läßt ihn mit bittern Anmerkungen drucken.

1524.	
April	
unbestimmt.	L.'s Brief an Erasmus.
May	
21.	L.'s Gutachten über die Geltung der Mos. Gesetze, den Zinskauf und die einzuziehenden geistlichen Güter.
Junius	Die Bauern im Bambergischen stehen auf.
18.	Berichte von unruhigen Bewegungen der Bauern in der Gegend von Allstädt.
Julius	
4.	L. arbeitet an seinen Annotatt. in Deuteron. Er schreibt an Brismann, daß er den Großmeister von Preussen zur Secularisirung seines Fürstenthums bewegen soll.
6.	Bündniß der katholischen Stände zur Vollziehung des Wormser Edikts.
19.	Die Bauern im Thurgau empören sich gegen den Abt von Reichenau.
	In diesem Monat war L. in Magdeburg. Nach Lomler am 6. Sonnt. n. Trin. (3. Jul.), aber am 4. war er in Wittenberg.
August	
14.	L. befindet sich in Weimar auf dem Wege nach Orlamünde. Warnungsschreiben an die Stadt Mühlhausen.
21.	L. trifft in Jena ein.
	Sendschreiben an die sächsischen Fürsten, sich dem aufrührischen Geist zu widersetzen.
24.	Er geht nach Orlamünde.
September	
Anfang.	L. ist nach Wittenberg zurückgekehrt.
17.	Der Kurfürst verweist Karlstadt des Landes, dieser begibt sich nach Straßburg und von da nach Basel.
October	
17.	L. dankt dem Otto Braunfels für die Zueignung der Schriften Hussens.
November	
1.	L. liest Erasmus Schrift de libero arbitrio.
12.	Er will dem Erasmus antworten.
17.	Er fodert die Stiftsherren in Wittenberg auf, die Messe abzuthun.
30.	Spalatin will seine Hofpredigerstelle aufgeben.
December	
2.	Die Messe im Stift zu Wittenberg ist abgeschafft.
15.	L.'s Sendschreiben an die Straßburger.
24.	L. ist mit dem Prior noch allein im Kloster, das er dem Kurfürsten übergeben will.

1524.	
December	
28.	Staupiz stirbt.
29.	L. hat an Karlstadt wegen einer Zusammenkunft geschrieben.
1525.	
Januar	
11.	L. schreibt wider die himmlischen Propheten.
18.	Ein Pole ist in Wittenberg, L. zu vergiften.
	Aufruhr der Bauern in Schwaben, Franken, Thüringen.
	Zwölf Artikel der Bauerschaft.
Februar	
2.	L. ist mit den Schriften gegen Karlstadt fertig.
4.	„Deuteronomium currit."
11.	L. will das 5. B. Moses fertig machen.
18.	Karlstadt sucht bey Spalatin um eine Unterredung mit L. nach.
unbestimmt.	L. bittet den Kurfürsten um freyes Geleite für Karlstadt.
März	
10.	Der Kurfürst hat dieß Gesuch abgeschlagen. Der Landgraf von Hessen und die sächsischen Fürsten haben eine Zusammenkunft zu Kreuzburg.
April	
16.	Luther reist nach Eisleben um dort eine Schule einzurichten. Von da geht er nach Weimar.
May	Ermahnung zum Frieden auf die 12 Artikel der Bauerschaft in Schwaben.
3.	L. ist in Weimar.
4.	Er ist in Seeburg im Mansfeldischen und schreibt an Rühel, daß er heurathen will.
5.	Er sendet den Danzigern einen Prediger zu. Friedrich der Weise stirbt.
6.	L. ist wieder in Wittenberg.
9. 10.	Leichenbegängniß des Kurfürsten.
14.	Georg Rorarius der erste nach Lutherscher Weise ordinirt.
15.	Die Bauern werden geschlagen und Münzer gefangen.
25.	Mühlhausen wird übergeben.
26.	L. wünscht dem Herzog Albrecht von Preussen Glück zur Niederlegung seiner Hofmeisterwürde.
Junius	
2.	L. fodert den Erzbischof von Mainz auf sich zu verheurathen.
13.	Er verheurathet sich selbst mit Katharina von Bore.

Druckfehler.

S. 462. Z. 7. von unten lies DIX statt DI.

Dritter Zeitraum.

Luthers Briefe aus der Zeit von seinem Aufenthalte auf Wartburg bis zu seiner Verheurathung,

von 1521, 12. May bis 1525, 12. Junius.

1521.

12. May. No. CCCXVI.

An Melanchthon.

Erster Brief L.'s von Wartburg aus. Er entschuldigt seine nothgedrungene Einwilligung in diesen verborgenen Aufenthalt, und ermahnt M., einstweilen die Sache des Evangeliums zu vertreten. Er äußert sich über das Kais. Edikt, das ihn in die Acht erklärt, und klagt über heftige Unterleibs-Beschwerden.

Bey Aurifaber I. 324. Strobel-Ranner p. 16. Vergl. Cod. Jen. a. f. 118. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXIX.

Philippo Melanthoni, Evangelistae Wittembergensis Ecclesiae, suo in Christo charissimo fratri *).

Salutem. Tu vero quid interim facis, mi Philippe? an non pro me oras, ut successus iste, quem invitus admisi, operetur aliquid majus in gloriam Dei? Atque adeo, quomodo tibi placeat, scire cupio. Verebar ego, ne aciem deserere viderer, nec tamen patebat via, qua volentibus et consulentibus resisterem. Nihil magis opto, quam furoribus adversariorum occurrere objecto jugulo.

Ego hic sedens tota die faciem Ecclesiae ante me constituo, et illud video Psalm. LXXXVIII **): *nunquid vane constituisti omnes filios hominum?* Deus, quam horrendum irae Dei spectrum est abominabile illud Romani Antichristi regnum. Ac meam duritiam detestor, qui non totus in lacrimas resolvor, ut et ego fontibus lacrimarum flerem interfectos

*) Zur Ersparung des Raums lassen wir künftig das den Briefen gewöhnlich vorstehende Jesus weg, wie solches auch bey Aurifaber mit dem J. 23. fehlt.

**) Ps. 89, 48.

filios populi mei. Sed non est, qui surgat et teneat Deum, aut opponat sese murum pro domo Israel, in hoc die novissimo irae ejus. O dignum regnum Papae fine et faece saeculorum. Deus misereatur nostri.

Quare tu verbi minister interim insta, et munito muros et turres Hierusalem, donec et te invadant. Vocationem tuam et dona agnoscis. Ego pro te unice oro, si quid potest (sicut non dubito) oratio mea. Tu ergo mutuum redde, et portemus invicem onus istud. Nos soli adhuc stamus in acie: te quaerent post me.

Spalatinus scribit edictum tam saevum cudi *), ut sub conscientiae periculo sint exploraturi orbem super meis libellis, ut cito interitum sibi comparent. Gaudet Roboam Dresdensis **), valde anhelus exequi talia: Caesarem etiam impetitum, ut Regi Daciae scriberet, ne reliquias Lutheranae haereseos recipiat, et cantant illud: *quando morietur et peribit nomen ejus?* Hartmannus Cronenbergius renuntiavit Caesari stipendium 200 aureum nummum, nolens servire ei., qui impios istos audiat. Fore credo, ut edictum istud nusquam saeviat, nisi sub Roboam isto et altero vicino vestro ***), quos gloria vexat inanis. Deus vivit et regnat in saecula saeculorum, Amen.

Dominus percussit me in posteriora gravi dolore: tam dura sunt excrementa, ut multa vi usque ad sudorem extrudere cogar: et quo diutius differo, magis durescunt. Heri quarto die excrevi semel, unde nec tota nocte dormivi, nec adhuc pacem habeo. Ora, quaeso, pro me. Nam intolerabile fiet hoc malum, si promoveat, ut coepit.

Cardinalis Salisburgensis comes ivit Ferdinando ad sponsam Inspruckii vigilia Philippi et Jacobi, id est, quarto die recessus nostri †). Dicitur Ferdinando comes is displicuisse, sed et Caesari, ut Spalatinus scribit. Sed tu ipse lege literas ejus. Fac ut omnia scribas, quae apud vos aguntur et ut omnia habent, ac vale cum carne tua. Dominica Exaudi, anno MDXXI. in regione avium.

T. Martinus Lutherus.

---

*) Das kaiserl. Edikt vom 8. May.

**) Herzog Georg.

***) Dem Kurfürsten Joachim von Brandenburg.

†) D. h. 4 Tage nach der Abreise von Worms.

12. May. No. CCCXVII.

An Nikolaus Amsdorf.

Amsdorf hatte L. bis in die Gegend von Waltershausen begleitet. Er bittet ihn daher unter andern um Nachricht von seiner fortgesetzten Reise, und erzählt, wie es ihm gegangen sey.

Bey Aurifaber I. 326. Vgl. Cod. Jen. B. 24. n. f. 182. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXX.

Ad Dominum Nicolaum Amsdorfium, S. Theologiæ Licentiatum.

Salutem. Scripseram nuper ad vos omnes, mi Amsdorfi, sed consule meliore audito discerpsi penitus, quod nondum esset tutum literas emittere. Nunc de libris et quaternionibus scriptum est D. Hieronymo, et his quoque literis scribo Priori super eisdem. Curabitis curanda. Dominus visitat me: sed ora pro me, quia et ego pro te oro semper, ut confortet cor tuum Deus.

Esto ergo fidens, et oblata occasione verbum Dei loquere cum fiducia: scribe etiam, ut ut in itinere vobis successerint omnia, et quid Erfurdiae audieritis aut videritis. Apud Philippum invenies, quae ad me Spalatinus scripsit.

Ego die, qua a te avulsus fui, longe itinere novus eques, fessus, hora ferme undecima ad mansionem noctis perveni in tenebris. Nunc sum hic otiosus, sicut inter captivos liber. Cavete vobis a Roboam Dresdensi et Benhadad Damasceno *) vobis vicino. Edictum enim saevum exivit contra nos. Dominus autem irridebit eos. In quo vale, et saluta salutandos omnes. Dominica Exaudi, in regione aëris, anno MDXXI.

T. Martinus Lutherus.

---

*) Kurfürst Joachim von Brandenburg.

12. May. N°. CCCXVIII.

An Joh. Agricola.

Unter Beziehung auf die vorigen Briefe, grüßt er A., wünscht seiner Gattin eine glückliche Niederkunft, und ermahnt ihn zum Amtseifer.

Bey Aurifaber I. 325. b. Vgl. Cod. Jen. B. 24. n. f. 161. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXII.

Eximio Viro, Domino Johanni Agricolae Islebio, amico suo in Christo charissimo,

Salutem. Quanquam existimem omnia, quae ad Philippum et alios dedi, ad te quoque esse data, mi Johannes (nisi abcessu meo abcesserit simul communio amicorum, quod avertat Deus): tamen visum est, et mea manu te salutare. Salve igitur, et memor esto verbi hujus: *non est servus major Domino suo.* Saluta carnem tuam et costam tuam: Dominus det, ut uteri onus feliciter exponat, Amen.

Ego mirabilis captivus, qui et volens et nolens hic sedeo: volens, quia Dominus ita vult: nolens, quia optem in publico stare pro verbo, sed dignus nondum fui. Invisa Wittemberga vicinis suis: sed Dominus prospicit, quod tempus ejus etc. Ibi ridebit eos: modo crediderimus in eum. Scribe ut se [1]) conciones habeant, quae cui creditae sint [2]): ut vel spem vel metum de verbo augeam.

Sed et tu cum in partem vocatus sis docendi verbi super pueros, ministerium tuum imple, et ferto, quae ferenda Dominus imponit. Ecce haec, nonnihil [3]) ut scriberem, scripsi. Vale cum omnibus tuis. In regione volucrum, Dominica Exaudi, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

Aureum unum offeres recenter natae proli: alterum matri puerperae, ut vinum bibat, et lacte abundet. Ego enim praesens fuissem compater omnino.

---

1) Cod. J. — se.
2) Cod. J. quis cui creditus sit.
3) Cod. J. non nisi.

14. May. N⁰. CCCXIX.

An Spalatin.

L. meldet, was man in Eisenach von seiner Gefangennehmung denke; gewisse Vorgänge in Erfurt und Gotha; womit er sich beschäftige; wie er in Hersfeld und Eisenach aufgenommen worden; die Umstände seiner Gefangennehmung.

Bey Aurifaber I. 327. Vergl. Cod. Jen. a. f. 269. und Cod. 187. 4. Goth., welche aber meistens verwerfliche Varianten haben. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXVIII.

Suo in Christo charissimo, Georgio Spalatino, servo Christi Altenburgi fidelissimo.

Salutem. Literas tuas et Gerbellii et Sapidi accepi Dominica Exaudi, mi Spalatine: et quod nondum ad te scripsi, consulto factum est, ne recens fama captivitatis meae causa cuiquam esset intercipiendi literas. Hic varia de me narrantur: invalescit tamen opinio, me esse ab amicis captum e Francia missis. Cras tempus datae fidei Caesaris exspirat. Quod illos scribis tam rigido edicto saevituros etiam in conscientias explorandas, doleo, non pro me, sed quod malum in caput suum imprudentes illi accersunt, et tanto odio sese onerare pergunt. O quanta odia suscitabit impudens ista violentia. Sed sine, tempus visitationis eorum fortassis instat.

Nihil adhuc e Wittemberga aut aliunde a nostris accepi: Erfordiae juventus nocte sacerdotum aliquot domus laeserat (quo tempore nos Isenacum venimus) indignata [1]), quod Decanus Severianus, papista magnus, Magistrum Draconem [2]), bonae opinionis virum, e choro publice apprehensa syndone traxerit: praetexens esse excommunicatum, quod mihi Erfordiam ingredienti venisset [3]) obviam cum caeteris. Interim metuunt majora: senatus dissimulat, male audiunt sacerdotes illic, et artificum juventus cum juventute literata conspirare dicitur. Prope est, ut proverbio prophetico fortasse satisfaciant, quo dictum est: Erfordia Praga.

1) Cod. Goth. — indignata.
2) Cod. Goth. diaconum.
3) Cod. Goth. venerant.

Heri mihi narratum est [4]), Gothae esse male acceptum quendam sacerdotem, quod res, nescio quas, emerint [5]) pro reditibus Ecclesiae augendis, et pretexta libertate ecclesiastica, onera (quae vocant) et tributa pendere recusarint. Videmus populum amplius neque posse neque velle (sicut et Erasmus scribit in sua bule [6]) jugum Papae et papistarum ferre: nec tamen cessamus urgere et aggravare istum, cum revelante omnia luce jam et nomen et opinionem amiserimus [7]) speciesque [8]) illa pietatis amplius non possit valere, neque regnare [9]) sicut hactenus regnavit. Hactenus omnia [10]) et vi auximus, et vi oppressimus: sed an ultra opprimi queant, experiemur.

Ego otiosus hic et crapulosus [11]) sedeo tota die: Bibliam Graecam et Hebraeam lego. Scribam sermonem vernaculum [12]) de confessionis auricularis libertate: Psalterium etiam prosequar, et Postillas, ubi e Wittemberga accepero, quibus opus habeo, inter quae et Magnificat inchoatum [13]) expecto.

Non credas, quanta nos humanitate Abbas Hirsfeldius exceperit. Cancellarium et quaestorem obviam misit milliario magno, tum ipse ad castrum suum multis equitibus nos excipiens in oppidum comes fuit. Senatus intra portas [14]) nos excepit. In monasterio suo nos pavit laute, et in cubili suo me locavit. Mane quinta sermonem facere coegerunt [15]), frustra me causante [16]), ne forte sua regalia amitteret, si hoc factum Caesariani coeperint interpretari laesam fidem datam, cum mihi inhiberent, ne in via praedicarem. Ego tamen non consensisse me dicebam, ut verbum Dei alligaretur, quod et verum est.

Et Isenaci praedicavi, sed timido parocho et notario testibusque praesentibus coram me protestante, humiliter tamen excusante necessitatem hanc ob metum tyrannorum suorum. Ita et Wormatiae forte audies per haec a me solutam fidem, sed non est soluta. In mea enim potestate non erat ea conditio, ut verbum Dei esset alligatum, nec pepigi in eam, et si pepigissem, quia contra Deum fuisset, servanda non fuisset.

---

4) Cod. Goth. nuntiabatur. 5) Cod. Goth. emerit. 6) Cod. Goth. — in sua bule. 7) Cod. Goth. aggravare eum revelantem jam haec omnia, 8) Cod. Goth. Nunc species. 9) Cod. Goth. pietatis non amplius ita valere neque vigere poterit. 10) Cod. G. et Jen. odia. 11) Cod. Goth. — et crapulosus. 12) Cod. Goth. versionem vernaculam. 13) Cod. G. et Jen. inchoata. 14) Cod. Goth. parietes. 15) Cod. G. J. coegit. 16) Cod Goth. recusante.

Ita denique[17]) altera die nos ad silvam usque prosequutus est, et Cancellario adjuncto in Berka nos iterum pavit omnes.

Tandem ab Isenacensibus peditibus obviis excepti intravimus vesperi Isenacum, mane sociis omnibus cum Hieronymo*) abeuntibus. Ego ad carnem meam trans silvam **) profectus (nam paene regionem occupant) ab illisque solvens, ubi ad Walterhausen tendimus, paulo post prope [18]) arcem Altenstein captus sum, Amsdorfio id necessario sciente, me esse alicui capiendum, sed locum ignorat [19]) custodiae meae.

Frater meus equites in tempore videns a curru se subtraxit, et insalutatus Walterhausen pedestris vesperi venisse dicitur. Ita sum hic exutus vestibus meis et equestribus indutus, comam et barbam nutriens, ut tu me difficile nosses, cum ipse me jam dudum non noverim. Jam in christiana libertate ago absolutus ab omnibus tyranni istius legibus: quanquam mallem, ut ille porcus Dresdensis publice praedicantem dignus esset interficere, si Deo placeret, ut pro verbo ejus paterer: fiat voluntas Domini. Vale et ora pro me: saluta ὅλην τὴν αὐλὴν ὑμῶν [20]).
Datum in monte, feria tertia post Exaudi, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

May. N°. CCCXX.

An Melanchthon.

Bruchstück.

Mißbilligung der Unruhen in Erfurt.

Bey Aurifaber I. 329., mit der Bemerkung, daß sich dieses Bruchstück in Spalatins Bibliothek gefunden; dann bey Strobel=Ranner p. 15. Deutsch bey Walch XV. 2263.

Audio Erfurdiae in sacerdotum domus vim fieri: quod miror permitti et dissimulari a senatu, tum taceri a Lango nostro.

---

17) Cod. Goth. deinque. 18) Aurif. — prope. 19) Cod. G. ignorabat.
20) Cod. G. ἡμῶν.

*) Hieron. Schurf. Die andern waren Peter von Suaven und Dr. Justus Jonas.
**) Zu seinen Verwandten nach Möra.

Nam etsi bonum est, incessabiles illos impios coërceri, modus tamen iste Evangelio nostro parit et infamiam et justam repulsam. Scriberem Lango: sed nondum possum. Vehementer enim me offendit ista gratia hominum in nos, ex qua liquido videmus, nondum esse nos dignos coram Deo verbi sui ministros, et Satanam in nostra studia ludere et ridere. O quam metuo, ne ficus illa sit parabolica, quae ante diem judicii praedicitur Matthaei XXI. producere tantum, nec ad fructum pervenire: veritas est quidem, folia et verba tamen sunt, dum non ita facimus, sicut docemus.

---

26. May. N°. CCCXXI.

An Melanchthon.

Ein reichhaltiger Brief: Nachrichten von L.'s Arbeiten, namentlich der Schrift gegen Latomus; Aeußerungen über Wittenberger Ereignisse, namentlich Feldkirchs Verheurathung; Beruhigungen und Ermahnungen; Bitte um Nachrichten; Aufträge, Grüße u. dgl. L. sendet die Auslegung des 68. Psalms nach Wittenberg.

Bey Aurifaber I. 329. b. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXIX.

Philippo Melanthoni, Theologo, Ecclesiae Wittembergensis Doctori, in Christo fratri charissimo.

Salutem. Quid his literis jamdudum signatis scripserim *), oblitus sum, mi Philippe: tamen ad tuas istas respondere denuo volui. Ad Jacobum Latomum invitus respondeo, quod jam animum composuerim quietis studiis, et video tamen necessarium, ut ego ipse respondeam: accedit taedium legendi ejus tam prolixi et malo scripti. Statueram enarrationes Epistolarum et Evangeliorum vernacula donare: sed vos non misistis postillas istic excusas.

Mitto Psalmum istis feriis cantatum **), quem si voletis, et otiosi fuerint typi, imprimere, inscriptum cui volueritis, potestis: hunc enim prae otio, carens libris, laboravi: sin aliter

---

*) Vielleicht ist jenes Bruchstück von diesem Briefe.

**) Den 68. Psalm; er erschien in demselben Jahr im Druck. S. Rotermund S. 23.

visum, communicare amicis et Christanno Aurifabro legendum, aut Amsdorfio dabis.

Faveo D. Lupino *) felicem ex ista vita egressum, in qua utinam et nos non viveremus. Tanta est ira Dei, quam quotidie magis ac magis speculor otiosus, ut dubitem, an praeter infantes aliquem servet adultum a Satanae isto regno: adeo nos dereliquit Deus noster. Commovit me tamen ejus decessus non parum, videns illud Isaiae: *Justus perit, et non est qui cogitet: et viri misericordiae tolluntur, et nemo considerat.*

Vellem scire, quis ille Franciscus Faber Silesius **) sit, heroicum caput. Nam ludus in Emseranum caprum ***) satis indicat autores suos primarios. Passionale antitheton ****) mire placet: Joh. Schwertfeger in ea opera video tibi succenturiatum. Sermonem de confessione †) antevertit Oecolampadius noster, edito libro de confessionis facilitate ††), satis libero, futurus et ipse Antichristo et suis militibus nova vexatio. Quem nisi sperassem a Spalatino ad vos missum vel mittendum, una cum epistolis Hutteni adjunctum ad pileos istos et galeritas upupas Wormatiae scriptis †††), misissem ipse: tamen et ipse aliquid addam, si possum, in eandem vernacule.

Cameracensis novus maritus ††††) mihi mirabilis, qui nihil metuat, atque adeo sic festinarit in tumultu isto: regat eum Dominus et misceat ei oblectamenta lactucis suis, quod et sine precibus meis fiet. Displicet mihi, tuam methodum †††††), quatenus excusa est, non una venisse. Opto scire, quis regnet suggestum meum: an Amsdorfius adhuc stertat et

---

*) Rachemio, Prof. und Domherr zu Wittenberg.

**) Er schrieb: Silva de incendio Lutheranorum librorum. 1520. 4.

***) Erschien Viteb. 1521. 1 Bog. 4. Darin ein Dialog zwischen Caper et Empusa, und poetische Stücke gegen Emser.

****) Passional Christi und Antichristi mit Holzschnitten von L. Kranach.

†) Sermon von der Beichte, ob der Pabst die Macht habe, sie zu gebieten, welchen L. bald nachher schrieb.

††) Quod non sit onerosa christianis confessio, paradoxon Joa. Oecolampadii. Basil. 1521.

†††) Invectiva in Cardinales, Episcopos et Sacerdotes, Lutherum Wormatiae in concilio Germaniae impugnantes.

††††) Es ist Bernh. v. Feldkirch, Probst zu Kemberg gemeint, der sich damals verheurathete. Walch übersezt Cameracensis durch von Cambray (!).

†††††) M.'s Loci theologici.

otietur. Dominus servet et augeat id, quod scribis de literariae rei felicitate, Amen.

De me plane nolo vos quicquam esse solicitos. Si personam species, omnia bene habent, nisi quod animi molestia nondum cessit, et prior spiritus ac fidei infirmitas perseverat; ἡ δὲ ἀναχώρησίς μου prorsus nihil: et qui in tractando verbo nunquam mea voluntate versatus sum, ita cum magna cordis pace exclusus sum. Aque haec ita habent, quod ad me pertinet.

Caeterum pro verbi gloria, et aliorum et mea mutua confirmatione mallem inter carbones vivos ardere, quam solus semivivus, atque utinam non mortuus, putere. Verum quis scit, et an eo consilio plus promovere velit Christus, non in hac tantum, sed in omnibus causis? Toties de fide et spe rerum non apparentium locuti sumus: age, semel vel in modico ejus doctrinae periculum faciamus, quando id vocante Deo non nobis tentantibus ita contingit. Ego etiam si peream: nihil peribit Evangelio, in quo tu nunc me superas, et succedis Helisaeus Heliam duplo spiritu, quem tibi Dominus Jesus impertiat clementer, Amen.

Proinde vide, ne contristemini, sed canticum Domini in nocte mandatum canite: concinam et ego: tantum pro verbo soliciti simus. Qui ignorat, ignoret: qui perit, pereat, dum nostrum officium illis non defuisse queri possint. Sinite Lipsensis gloriari, quia haec est hora eorum: nos exire oportet de terra nostra, de cognatione nostra, de domo patris nostri, et mutuo ad tempus separari in terram, quam ignoramus: interim illi suum N. N. adorent et jactent. Jacobo Flemmichen satis est te videre, et vis [1]) ne nimio felix sit, omnia quae vellet videns.

Non deposui spem ad vos redeundi, sic tamen, ut faciat Deus, quod bonum est in oculis suis. Si Papa omnes aggredietur, qui mecum sentiunt, sine tumultu non erit Germania: et quo citius id tentaverit, hoc citius et ipse et sui peribunt, et ego revertar. Deus suscitat spiritus multorum atque adeo et vulgi corda, ut mihi verisimile non sit, posse rem istam vi compesci: aut si compesci coeperit, decuplo major erit. Habet Germania multos Karsthansen.

---

1) Viell. vide. Walch übersetzt: laßt ihn nicht allzuglückselig seyn.

Murner tacet: quid Caper *) ille facturus sit, nescio, fortassis secundus Ortwinus **) futurus. Unum non credo tibi, nempe quod scribis, vos errare sine pastore. Hoc enim esset omnium tristissimum et acerbissimum auditu. Donec enim tu, Amsdorfius et alii adestis, sine pastore non estis. Noli sic loqui, ne Deus irascatur et ingrati inveniamur. O utinam omnes ecclesiae saltem collegiatae haberent quartam vestri partem in verbo verbique ministris. Agite gratias Domino, qui illuminavit vos. Ecce verbosus fui.

Fertur Galerita Moguntinus hostes in se juratos habere 1800, et D. Schifer ***) febri gravi laborare: alii mortuum dicunt. Cecidit Episcopus quidam, hoc est, periit Wormatiae, insigniter Luthero infensus. Plura non habeo, cum sim eremita, anachorita, vereque monachus, sed neque rasura neque veste: equitem videres, ac ipse vix agnosceres.

Dic Amsdorfio, etiam pastorem Hirsfeldensem optimum virum, fama volante, duxisse uxorem: ne vos soli habeatis Praepositum vestrum neogamum: deinde, ut ferat, illum sibi esse in Petri Lupini locum praerogatum. O filii Adam. Sed bene, quod integer et liber ejus spiritus causa ei est tanti damni: illi contra alius spiritus tanti lucri causa. Occulta sunt nostra merita, sed distributa. Praemia tandem manifestant consilia cordium. Pro Praeposito Cameracensi metuo, ne expellatur, atque tum duplo egeat ventre, et quotquot inde ventres processerint: sed fidem si habet, Dominus vivit pastor omnium, per quem nec ales esurit.

Tu eum salutabis et hortaberis: et te quoque volo cum omnibus gaudere et gloriari, in qua re mihi non dicam quam gratificemini, ac Deo quoque placebitis: Satanam et Satanae squamas uretis. Tristitia vestra mihi malum maximum, gaudium vestrum et meum est. Atque ita in Domino valete, cui me commendate, ut confido: et ego quantum possum, vestri non sum immemor. Servate Ecclesiam Domini, in qua 2) vos posuit Spiritus sanctus episcopos, non episcoporum simulachra.

2) Aurif. durch einen Druckfehler quo.

*) Emser.

**) Reuchlins bekannter Gegner, und das Haupt der viri obscuri.

***) Er war Oberst-Kämmerer des Kaisers Karls V. S. Spalatini Annal. in Tenzels histor. Bericht II. Seite 18.

Omnes ex nomine meo salutabis: estis enim multi, M. Eisleben non salutabis, nec das fette Flemmichen, illis enim scribo: Joh. Schwertfeger *), Petrum Suaven **), et totam Ecclesiam tuam domesticam, Henricum Zuthphaniensem ***), et omnes fratres; Priori scripsi: M. Lucam †) et Christannum ††), D. Eschhausen †††) et quotquot occurrint. En tibi papyrum pro necessitate pudendum. Iterum vale. Inter volucres de ramis suave cantantes, Deumque totis viribus laudantes die ac noctu. Dominica Trinitatis, anno MDXXI.

Μαρτῖνος ὁ σός.

May oder Junius *). N⁰. CCCXXII.

An Spalatin.

Bruchstück.

Nur mit Mühe hat L. diesen Brief abschicken können, weil man seinen Aufenthalt so sehr verheimlicht wissen will, was er selber billigt, indem er davon gute Folgen für seine Sache hofft.

Bey Buddeus p. 18. mit der Bemerkung, daß der Schluß des Briefes im Original ganz unleserlich gewesen sey. Vgl. Cod. Jen. a. f. 268. Deutsch bey Walch XXI. 769.

Vix impetravi, ut has mitterem, ita timetur, ne qua via reveletur, ubi sim: quamobrem et vos curate, si pro gloria Christi

---

*) S. Br. v. 21. Jan.

**) Ein pommerischer Edelmann aus Stolpe gebürtig, der um diese Zeit in Wittenberg studierte, u. L. nach Worms begleitet hatte. Er trat nachher in dänische Dienste als Prinzenerzieher, und späterhin als Dekan in Rothschild, und Geheimerrath.

***) Er hieß Müller, und lehrte später in Bremen und Diethmansen. S. Henr. Mechlii diss. de vita et gestis Heur. Zuthphaniensis.

†) L. Kranach.

††) Christian Baner, oder Christian Aurifaber?

†††) Sonst auch Eschauis, Prof. in Wittenberg, s. No. CCXII.

*) Buddeus setzt diesen Brief ins J. 1522., aber er gehört augenscheinlich in den Anfang des Aufenthaltes auf Wartburg.

ista fieri creditis, ut dubium vel maneat vel fiat, sintne amici, an inimici, qui me servant, et silete. Neque enim necessarium est scire alios praeter te et Amsdorfium quidquam, nisi me adhuc vivere. Quis scit, quid eo silentii consilio Deus operaturus [1]) sit in sublimibus istis. Sacerdotes et monachi, qui me libero insanierunt, nunc me captivo ita formidant, ut incipiant mitigare, quae in me desipuerunt. Molem vulgi imminentis ferre non possunt, nec qua arte evadant, sciunt. Vide manum potentis Jacob, quid operetur nobis tacentibus, patientibus, orantibus. Nonne verum est illud Mosi: *Vos tacebitis, et Dominus pugnabit pro vobis.* Scripsit Romanista quidam Galeritae Moguntinensi: Lutherum, ut voluimus, amisimus: sed ita vulgus commotum est, ut suspicer, nos vitam vix redemturos [2]), nisi accensis candelis undique eum requiramus et revocemus. Jocatus est, sed quid, si serium ducat is jocus? *Loquimini super cubilia vestra, et tacete etc.*

---

1. Junius. No. CCCXXIII.

An Franz von Sickingen.

L. eignet ihm die Schrift von der Beichte zu, unter Bemerkungen über die Verstockung der Feinde des Evangeliums.

Die Schrift erschien im August oder September d. J. unter dem Titel: Von der Beicht: Ob sie der Bapst Macht habe zu gebieten. Wittenberg, s. l. et a. 4., und öfter, auch 1523. Dann Wittenb. VII. 237. Jen. I. 512. Altenb. I. 783. Leipz. XVII. 692. Walch XIX. 1015.

Dem gestrengen und festen Francisco von Sickingen, meinem besondern Herrn und Patron, Martinus Luther.

Gottes Gnade und Fried in Christo unserem HErrn. Wir lesen gestrenger Herr, in dem Buch Josuä, da GOtt das Volk Israel in

1) Cod Jen. operatus. 2) Cod. J. esse.

das vorsprochene Land Canaan fuhret, und alls Volk darinnen erschlug, nämlich ein und dreißig Kunige mit alle ihren Städten, daß keine Stadt so demuthig war, die da hätt Fried begehrt, ausgenomen die einige Gibeon, so doch Israel Befehl von GOtt hatte, Fried anzubieten und anzunehmen; sondern in Vormessenheit alle vorstockt zu streiten wider Israel, daß von ihn dasselb Büch sagt Cap. 11. also: Es war keine Stadt, die sich mit Fried ergab dem Volk Israel, ausgenomen Gibeon, sondern sind alle mit Streit erobert. Denn es war von GOtt also geschickt, daß sie trotzig und muthig wider Israel zu streiten dadurch verstoret und ihn kein Gnad erzeiget wurde rc.

Diese Historien siehet mich an, als wollt sie ein Exempel werden unsern Päpsten, Bischofen, hochgelehrten und andern geistlichen Tyrannen, die da offentlich sehen und greifen, daß man ihris Dings kundig und ubirdrißig wird, und das helle Licht ihr trügliche vorführisch Tadel mannigfaltig an allin Orten aufdeckt, daß ihn alle Decke zu korz und schmal wird; noch demuthigen sie sich nit, suchen nit Fried, ja lassen denselben auch vorgeblich anbieten, muthigen sich selb, nehmen fur mit Gewalt das Liecht zu dämpfen, und in ihrem Wesen zu bleiben, meinend, sie sitzen so fest im Sattel, es muge sie niemand ausheben, daß ich sorge, es geschehe auch von GOtt, daß sie vorstockt, nach keiner Demuth denken, nach keinem Fried trachten, auf daß sie auch zuletzt ahn alle Barmherzigkeit untergehen mussen.

Sie geben mir die Schuld, wissen doch wohl, wie sie den armen Menschen so hochmuthig veracht haben bisher. Ich hab oft Fried angebotten, geschrien und gelaufen, zu Antwort mich erbotten, hab disputirt, hab nu auf zweien Reichstag erscheinen; es hat mich nichts geholfen, da hat kein Recht, sondern eitel Frevel und Gewalt mir begegnet, nit mehr denn widderrufen aufgelegt, und allis Unglück gedräuet.

Wohlan kumpt ihn die Stund, daß sie auch nach Fried umbsonst rufen werden, hoff ich, sie werden ihris itzigen Verdiensts indenk seyn. Ich kann nit mehr thun, ich bin nun von dem Plan geschupft; sie haben nu Zeit zu wandeln, was man von ihn nit leiden kann, noch soll, noch will. Wandeln sie nit, so wird ein ander ohn ihren Dank wandeln, der nit, wie Luther, mit Brief und Worten, sondern mit der That sie lehren wird. Es ist, GOtt Lob und Dank, des Hanfpotzens zu Rom Furcht und Scheu einmal weniger wor-

den, und will das Capitel, si quis suadente, nit mehr die Leute bezobern; die Welt kann itzt den Segen auch sprechen.

Doch daß ich dieweil in dieser Wusten und in meiner Pathmos nit mussig sey, hab ich mir auch eine Apocalypsin geschrieben, will die mittheilen allen, die ihr begehren; wilch ich allhie mit uberschick eurer Gestrengheit, mein williges Gemuth und Dankbarkeit zu erzeigen, auf vielfältige euere Trostung und Erbieten mir unwirdigen geschehen. Es ist ein Predigt von der Beicht, aus der Ursach gemacht. In dieser nähesten Fasten ließ ich ein senfte Unterricht ausgehen den Beichtkindern, mit Bitt an unsere geistliche Junkern und Tyrannen, daß sie die einfältigen Gewissen mit Fried ließen meiner Bucher halben; daneben anzeigt, wie ihr Tyranney des Beichthorens nit Grund gnug habe. Aber sie mit dem Kopf hindurch, da ist kein horen noch bedenken. Wohlan, ich hab auch mehr Wasserblasen gesehen, und einmal so einen freveln Rauch, der sich unterstund die Sonne zu dämpfen; aber der Rauch ist nimmer, die Sonne leucht noch. Ich will auch fortfahren die Wahrheit auszuputzen und herfur machen, und meine ungnädige Herrn also wenig forchten, als viel sie mich vorachten. Wir sind noch beide nicht uber'n Berg; ich hab aber ein Vortheil, ich gehe ledig. GOtt geb, daß die Wahrheit den Sieg behalte. Hiemit GOtt befohlen. Herr Ulrichen von Hutten und Martin Bucerum laß ich E. G. befohlen seyn. Geben in meiner Pathmos, prima Junii 1521.

---

10. Junius. N⁰. CCCXXIV.

An Spalatin.

L. sendet Sp., der damals schon von Worms zurückgekehrt war *), das fertige Magnificat und das Buch von der Beicht handschriftlich zu; er ist noch ungewiß, ob er den 119. Ps., an welchem er arbeitet, in Verbindung mit dieser Schrift herausgeben soll. Er ist mit der deutschen ausführlicheren Postille beschäftigt, studiert fleißig griechisch und hebräisch, und leidet sehr an Versuchungen.

---

*) Aurifaber läßt ihn in der Ueberschrift noch in Worms seyn. Aber der Kurfürst reiste vor dem 26. May von W. ab, vgl. dessen Brief bey Walch XV. 234.; und die Aufträge, welche L. an Sp. ertheilt, setzen seine Rückkehr nach Sachsen voraus.

Bey Aurifaber I. 333. b. Vgl. Cod. Jen. a. f. 119. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXIV.

Egregiae et eruditionis et pietatis Viro, D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae, suo in Christo charissimo [1]).

Salutem. Et literas tuas novissimas et libellum Oecolampadii *) antea accepi cum omnibus aliis, mi Spalatine: et nunc, quia per te commodissime fieri putatur, mitto, quae vides, Magnificat completum, et libellum ex sermone natum de confessione, Francisco Siccingen inscriptum, excudendum, si videatur, quam primum. Nam Psalmum XXI. antea misi completum ad typos suos.

Tu ergo curabis illo ferri et ista: nisi quicquam videatur mutandum. Nam Psalm. CXIX. ipse nondum constitui an copulatum malim, an separatim proprium libellum **): reliquum missurus, ubi resciero, quid per vos illic consulatur. Nam nunc in manibus laboratum, nondum elaboratum, nuntius relinquere coactus est.

Postillas nondum accepi: erratum est per illum, cui commiseram: scripsi interim: quod si invenire non poterunt, tu curabis ut exemplar brevioris postillae habeam, si habes una cum indice Epistolarum et Evangeliorum. Ego interim epistolam meam vernacula absolvi Dominicae Navitatis copiosiore enarratione ***). Latomo etiam respondendum est a me, qui gloriatur in Domino Papa. Miror autem Oecolampadii spiritum, non tam quod in idem mecum inciderit argumentum, quam quod tam liber, confidens et christianus est: Dominus eum servet et augeat, Amen.

Ego hic otiosissimus et negotiosissimus sum: Hebraica et Graeca disco et sine intermissione scribo. Tractat me vir loci hujus ultra meritum longe. Nondum me deservit malum,

1) Nach Cod. Jen.

*) S. Brief v. 26. May No. CCCXXI.

**) Er ist besonders und auch in Verbindung mit jener Schrift erschienen. S. Br. an Spalatin vom 6. August.

***) Soll wohl heissen: ich habe diesen Brief während der ausführlichen Bearbeitung des Evang. von der Geburt Jesu geschrieben.

quin auctum est, quo Wormatiae laborabam: durissima patior excrementa, ut nunquam in vita, ut remedium desperarim. Dominus ita me visitat, ne sim sine crucis reliquiis, benedictus, Amen.

Miror, quid moretur imperiale edictum *). Excusas legi meas literas ad ordines imperii datas in recessu meo, sed mendosas. Hic dicitur, D. Schiferum **) obiisse, relictis Carolo 1000000 aureorum. Audacem Christum, qui hos montes auri nihil vereatur: sed utinam cognoscant aliquando, quoniam ipse Dominus Deus noster.

Juniori Principi novissimis literis non respondi, quod non patebat locus: nec puto necessarium, ne multiplicatis literis et loci secretum prodatur occasione quapiam. Tu fac ut pro me ores: hac una re opus mihi est, caeteris omnibus abundatis. Quicquid de me fit in publico, nihil moror: ego in quiete tandem sedeo. Vale in Domino, et saluta quos licet. Ex insula Pathmos, 10. Junii, anno MDXXI.

Henricus nescius.

---

8. und 20. Junius. N⁰. CCCXXV.

An Justus Jonas.

L. eignet J. die Widerlegung der Schrift von Jak. Latomus: Articulorum F. Mart. Lutheri per theologos Lovanienses damnatorum ratio in sacris litteris et veteribus tractatoribus (Antwerp. 1521. 4.) zu, indem er ihm zugleich zu seinem neuen Amte in Wittenberg Glück wünscht, und ihn ermahnt, das canonische Recht im evangelischen Geiste zu lesen. In der Nachschr. wünscht er, die Wittenberger Freunde möchten das Uebrige der Widerlegnng des L. übernehmen.

Die Schrift erschien unter dem Titel: Rationis Latomianae pro incendiariis Lovaniensis Scholae sophistis redditae confutatio. Witteb. 1521. 4. Dann Jen. II. 379. Viteb. II. 223. Bey Strobel=Ranner p. 65. ohne die Nachschrift.

Integerrimo Viro, D. Justo Jonae, Collegii ecclesiastici Vitebergensis Praeposito, suo in Domino Majori, Mart. Lutherus in Domino S.

Et ego magistratui tuo recens inito ***), suavissime Jona, gratulari cupiens, cum ipse adesse non possem, statui hunc La-

---

*) Dasjenige, durch welches L. als Ketzer in die Acht erklärt wurde. Es erschien am 26. May und war vom 8. datirt.

**) Vgl. No. CCCXXI.

***) J. Jonas war an die Stelle des verstorbenen Probst Hennigs Göden nach Wittenberg berufen worden.

tomum meum ad te mittere: non eum, qui linguarum peritiam calumnietur: concidit enim iste Jesbibenobus virtute Abisai nostri, ne quid metuas: sed nec eum, qui malignis modestiae fucis et inauspicatis vocum versutiis Lovaniensium incendiariorum crimen serus patronus justificet, quem te credo vidisse hominem scilicet gloriantem in Domino Papa et bulla ejus: eum autem mitto, qui Lutherano februo lustratus mitius habere videtur a lamiis et lemuribus, quibus hactenus agitatus agitareque solitus est pia corda. Si hanc rationem in tempore reddidissent, et ante factum, ut decebat sapientes istos viros, consuluissent: libellos meos neque damnassent neque exussissent, neque nunc stultorum more post factum demum consulerent, tantum me spero effecturum fuisse. Satis me docet hoc libro Latomus, quam facile fuerit illis absente Luthero in suis angulis garrire: hoc est haereticum, hoc est erroneum, quod in publico nullis freti viribus ausi fuissent attingere. Denique persuadeo mihi, non fuisse unquam prodituram hanc egregiam rationem, nisi bulla fiduciam ejus inflasset, qua gloriatur Latomus suum factum comprobatum, somnians adhuc bullarum antiquos antiquatosque terrores, atque hinc orbem suo libello pavefactum confidit, ut audeat jam sine timore in Lutherum tremendis Dei scripturis ludere. At ego nollem non probatum tale factum tali bulla. Rursum nollem me non damnatum tali bulla. Omnia belle congruunt, bulla, causa, judex, patronus, a quorum consortio et contagio servet me Dominus Jesus et omnes pias animas, Amen.

Non facile vero credas, quam invitus a literis pacificis Christi, quibus me in hac Pathmo dederam, avulsus, vepricosi et senticosi sophistae nugis legendis tempus impendi, videns hominem a planta pedis ad verticem usque sophisticum, tum bullae vesica turgentem ea confidentia scripsisse, ut jam nec diligentia nec judicio sibi opus fuisse putarit, contentus effutire, quicquid vel legerit, vel in buccam venerit. Quibus molestissimum est respondere, ut in quibus nec ingenium exercere, nec eruditionem alere possis, et tamen optimas horas perdere cogaris. Suspicor, hominem credidisse Lutherum aut e medio sublatum, aut perpetuo silentio damnatum esse, quo rursum libere publicum occuparent tyrannide sophistica, cujus imminutae ruinam non levem meam culpam faciunt, atque utinam plena esset ruina, ut plena hac culpa septies irremissibili

(si sanctissimis bullarum pontificibus credimus) peccare liceret in mortem usque.

Vereor autem, ne dum de gratia et operibus bonis fortiter pugnamus, interim et gratia et operibus nos ipsos privemus. Ego quidem intuitus [1]) horrenda ista irae tempora, aliud non peto, quam ut dentur fontes aquarum capiti meo, ut flere possim vastationem istam novissimam animarum, quam operatur regnum istud peccati et perditionis. Sedet portentum Romae in medio Ecclesiae, et venditat se pro Deo, adulantur pontifices, obsequuntur sophistae, et nihil non pro eo faciunt hypocritae. Interim infernus dilatat animam suam, et aperit os suum absque termino, et ludit Satan in perditione animarum. Nec in nobis est, qui serio et cum lacrimis stet in die furoris hujus, et opponat se murum pro Israel. Hinc plenus indignatione in istos sacrilegos Latomos, qui in his seriis sophisticantur, et nos meliora intermittere, et suis insanis insaniis occupari cogunt, imprecor in durissimas eorum frontes illud: *Erubescant et conturbentur omnes inimici mei, convertantur et erubescant subito.*

Sed ne longiore epistola te morer, ad Latomianae praefationis capita alio principio respondebo. Tu interim hoc mei in te animi testimonium agnosce, et roga Dominum pro me, ut et ipse liberer a malis (sic enim nunc audeo cum Apostolo) et infidelibus hominibus, qui sunt in ista Babylone, et ostium mihi aperiatur in laudem gloriae gratiae Evangelii filii sui. Sed et ego Dominum oro, ut impartiat tibi spiritum suum, quo decretales Antichristi pestilentissimas, quibus docendis mandatus es *), non alio studio profitearis, quam quo tibi dixi, nempe ut sis Aaron, et vestibus sanctis indutus, hoc est, divinis Scripturis munitus, apprehenso orationis thuribulo, procedas in occursum vastatoris hujus, in medium incendium istud Romanum, quo flagrat orbis propediem alio incendio de coelo per adventum Salvatoris nostri, quem expectamus, extinguendum. Ita, mi frater, facito, ut doceas dediscenda esse, quae doces, et sciant fugienda sicut mortifera, quaecunque Papa et Papistae statuunt ac sentiunt. Cum enim vi non possimus hoc

---

1) Jen. intutus.

---

*) Jonas war Prof. des canonischen Rechts.

publicum orbis malum abolere, cogamurque has sacrilegas Babylonis provincias administrare: hoc reliquum est, ut sic administremus, ut eas longe alias et patriae Hierosolymitanae adversarias vastatrices et insatiabiles crudelitatis hostes intelligamus, ne cum iis, qui pereunt, in quibus opertum est Evangelium gloriae Dei, captivitatem nostram etiam rideamus et palpemus.

Nec leve puta ministerium tuum, si juxta Papae excrementa venenosa et insanissimas insanias salutare et vivificum Evangelium Christi composueris, ut juventus habeat antidotum adversus hoc virus, cujus odor etiam occidit hominem, donec discat per sese reprobare malum et eligere bonum. Is tibi esto commendatus Emanuel. Confortare igitur et esto robustus, et Baal-Phogor istum ne metuas, cum vix sit Baal-Zebub, hoc est, vir muscae, si credimus tamen, quoniam Jesus Christus est Dominus benedictus in saecula, Amen. Qui te et ecclesiolam suam apud vos perficiat consolidetque, in quo vale. In loco peregrinationis meae, 8. Junii MDXXI.

Nachschrift.

Sed ad te revertor, Jona mi, et hunc Latomum a me extrudo ad te, ne mihi ultra molestus sit, qui jam Epistolas et Evangelia enarrare vernacula coepi, quae causa est, ut molestum fuerit ejus sordes legere et respondere. Si videbitur, alio tempore ad omnia respondebo: modo exul libris careo, et judicium illud haereticorum magistrorum, quo Judaeos ad nudam Bibliam cogere voluerunt, porto. Sola enim Biblia mecum sunt, non quod magni apud me pendatur, libros habere, sed quod videndum, an dicta Patrum ab adversario bona fide citentur. Nam Dionysium citat de orando Deo pro defunctis, cum ille de laudando scribat, ut optime memini. Et quare vestrum aliquis ad reliqua non respondet, vel tu vel Andreas Carolostadius?[2]) Ecquid cessat Amsdorfius? Annon omnibus vobis pariter Evangelii gloria vindicanda est? Caput ego contrivi serpentis, corpus cur non queatis calcare?

Exempli gratia, quando illud Iob IX.: *verebar omnia opera mea*, ille sic exponit: verebar, id est observabam. Et illud Psalm CXLIII.: *non intres in judicium cum servo*

---

2) vel Andr. C. hat die Jen. und Wittenb. Ausg. nicht, wahrscheinlich weil man späterhin C. dessen für unwürdig hielt.

tuo etc., ubi propheta judicium Dei deprecatur, quod ille exponit sic: tota vita Dei est sine peccato, et nullius hominis tota vita est sine peccato, ergo non vult secundum vitam Dei judicari. Itaque judicium Dei vel conspectum Dei ille vitam Dei facit. Ubi autem in Scripturis sic accipitur? Ergo aliqua pars vitae nostra est, quae possit dicere: intres in judicium, quae scilicet sit de numero alio, quam eorum, qui omnes viventes dicuntur. At Patres ille inducit? Et Patres non fuerunt homines? Nonne istas naenias et similes quam facillime aliquis vestrum confutare possit? Judicium Dei opus Dei est, quo non suam vitam comparat nobis, sed nostram examinat, alioqui quae absurditas, ut aeterna vita comparetur momentaneae? Multa et ferme omnia sunt hujus modi.

Vellem enim et vos aliquid pro verbo facere, ut ego feriatus et vulgo misero aliquando servire possim. Vos tirones etiam oportet exerceri, atque id optimum fuerit me vivo, si quid forte juvare queam. Sed quaeso, en accipe librum: quam gaudeo illum apud me amplius non morari. Vale. Ex Pathmo mea, 20. Junii, anno MDXXI.

---

13. Julius. N°. CCCXXVI.

An Melanchthon.

L. tadelt M., daß er ihn zu lebhaft vermisse, da ja alles in Wittenberg vortrefflich gehe, auch ohne ihn. Er ist krank und hat die Absicht nach Erfurt zu gehen, will Emsern nicht antworten, hingegen M's. Apologie übersetzen, und arbeitet an der deutschen Postille. Der Brief enthält übrigens die Beantwortung der Frage: ob sich das Recht des Schwertes oder der weltlichen Gewalt im Evangelium begründen lasse, was M. geleugnet hatte. L. meint, das Evangelium billige und bestätige die weltliche Gewalt, setze sie aber nicht ein. Zuletzt fordert er die Wittenberger auf, thätiger in Verkündigung des Evangeliums zu seyn, und mißbilligt es, daß vom Hofe aus die Disputation über die Beichte verhindert worden.

Bey Aurifaber I. 334. b. Vgl. Cod. Jen. b.; f. 6. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXV.

D. Philippo Melanthoni, servo Christi fideli, Wittembergensis Ecclesiae Evangelistae.

Displicuerunt mihi literae tuae duplici nomine: primum, quod impatientius te ferre crucem intelligo, nimiumque indul-

ges affectibus, ac tener es tuo more: deinde quod me extollis nimis, et erras vehementer, dum tanta mihi tribuis, quasi pro causa Dei adeo sim solicitus. Confundit ac discruciat me tua egregia ista suspicio mei, cum ego hic insensatus et induratus sedeam in otio, proh dolor parum orans, nihil gemens pro Ecclesia Dei: quin carnis meae indomitae uror magnis ignibus: summa, qui fervere spiritu debeo, ferveo carne, libidine, pigritia, otio, somnolentia: ac nescio, an, quia vos non oratis pro me, Deus a me aversus sit: tu jam in locum meum succedis, donis Dei gravior et gratior.

Octo jam dies sunt, quod nihil scribo, neque oro, neque studeo, partim tentationibus carnis, partim alia molestia vexatus. Si res melior non erit, omnino Erfurdiam ingrediar publico titulo: ibi me videbis, vel ego te: medicos enim vel chirurgos consulam. Non est enim, quod feram amplius id mali, cum decem vulnera magna facilius ferre possem, quam modicum hoc laesionis judicium. Forte et ideo me molestat Dominus, ut ex ista eremo me in publicum rapiat.

Emsero ego non respondebo: respondeat, qui visus fuerit tibi idoneus, vel Amsdorfius: nisi is dignior sit, quam ut cum hoc stercore committatur *).

Tuam in asinos Parisienses Apologiam **) cum illorum insania statui vernacule dare adjectis annotationibus ***). Valde vellem Oecolampadii de confessione librum apud vos itidem vernaculum fieri, ut rumpantur papistae. Ego Postillas in Evangelia vernacula tracto, statim missurus ad incudem, ubi denarium attigero.

Quando sic florent res vestrae, me plane non habetis opus. Atque tibi quoque indignor, quod tantis te laboribus oneras,

---

*) Nach Walch XVIII. Einl. S. 92. meint hier L. die zweyte, in Antwort auf Didymi Faventii (Melanchthons) oratio erschienene Rede des Rhadinus, von welcher Seckendorf I. §. 70. p. 110. einen Auszug gibt. Aber dieß ist falsch. Aus dem folgenden Br. an Amsdorf sieht man, daß er Emsers Quadruplica, auf Luthers jüngst gethane Antwort seine Reformation belangend (Leipzig 1521.) im Sinn hat, welche Schrift auf die von Luther: Auf das überchristl. übergeistlich überkünstl. Buch des Bocks E. folgte.

**) Adversus furiosum Parisiensium Theologastrorum decretum pro Luthero apologia.

***) L. that es nach dem Br. v. 6. Aug. an Spalatin. Die Schrift erschien unter dem Titel: Gegenurtheil wider die Theologen zu Paris 1521. S. Rotermund S. 25.

nec audis, ut parcas tibi: ideo te sensus tuus ducit singulariter. Toties hoc inclamo, sed toties surdo fabulam narro.

De gladii jure sic sentio, ut prius. Nam tu mihi videris petere aut mandatum, aut consilium ex Evangelio super hac re: in quo tecum plane sentio, neque praeceptum neque consultum [1]) esse ejusmodi jus in Evangelio, neque conveniebat ullo modo, cum Evangelium sit lex voluntariorum et liberorum, quibus nihil cum gladio aut gladii jure. Sed nec prohibitum est ejus jus, imo confirmatum et commendatum, quod prorsus de nulla permissarum rerum legimus. Nam et injuria et externae ceremoniae neque praeceptae neque consultae sunt in Evangelio, sed neque ulla temporalium rerum cura: atque non conveniebat de iis disponere Evangelio, quod solum spiritum in sua libertate disponit: sed nunquid ideo jus non est utendi illis, imo nonne necessitas hujus vitae requirit ejusmodi jus et usum?

Tua ratio pulchre faceret aliquid, si omnes obedirent Evangelio: ablato enim gladio (cum necesse sit malos plures esse) quam diu stabit Ecclesia Dei in hoc saeculo, cum nullus neque vitae neque rerum usu, prae malorum licentia, potiri queat? Sed tu rationibus et inconvenientiis non vis urgeri, sed Scripturis.

Dixi antea neque praeceptum neque consultum esse gladium, sicut neque multa alia: esse tamen commendatum et confirmatum, sicut jus matrimonii, quod itidem nihil ad Evangelium pertinet. Habes enim Johannem Baptistam Lucae III., qui milites instituit dicens: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed estote contenti stipendiis vestris.* Certe nisi jus gladii haberent, prohibere debuit, cum illi quaestionem tuam proprie moverent, dicentes: *Quid facere et nos debemus?* Hic institutam non habes, confirmatam tamen habes militiam. Nonne cogitas, multo difficilius esse tibi, quid respondeas satis hunc locum contra te adducentibus, quam quid tibi respondeatur? Paulus 1. Timoth. II. jubet orare pro his, qui in sublimitate constituti sunt, exemplo Jeremiae pro rege Babyloniorum orare jubentis: et non jubet orare contra sublimitates tanquam rem vel prohibitam, vel nullius juris existentem.

---

1) So, und nicht consilium, muß es wohl heißen, nach dem Folgenden.

At illi ethnici erant, inquis: sed non orabat, ut fideles fierent, sed ut essent et subsisterent in pace. Non mihi persuadebis, posse orationem juberi ab Apostolis et Prophetis pro iis rebus, quae tantum permissae et ferendae sunt, ut subsistant et quieta sint: alioqui pro raptoribus, et ut tu interpretaris, tyrannis iniquis, ut iniqui sint, orabimus.

Jam Apostolum ad Roman. XIII. et 1. Petri III. non sic a te rejici patior, quasi huc non valeant, aut tantum subditos erudiant. Non hoc efficies, Philippe. Verba Dei sunt et magnum sonantia, ubi dicit: *Potestas a Deo est, et ordinationi Dei resistit potestati resistens, et minister Dei est.* Non invenies hoc dici de rebus permissis tantum.

Non est minister Dei, sed hostis, qui injuriam facit, aut quaecunque ferenda infert: nec est permissio vel res permissa minister Dei. Aliud longe est, quod aliquoties scribitur, gentem super gentem excitasse bellum *), ut regem Babyloniae contra Tyrum in Ezechiele servum vocans, et spiritum regum Medorum in Jeremia suscitans: et aliud, quod potestas pro pace ordinari dicitur, ad Roman. XIII. et 1. Timoth. II. Nam hic timori mali operis, honori boni operis constitutam dicit: illic vindicta, et jam facti mali operis ratio habetur.

Jam quid facias, cum Abraham, David, et sanctos antiquis legibus et gladio usos optime vides? quos viros evangelicos fuisse certum est, licet pro tempore tantum uterentur. Certe usum rei, qua illi usi sunt laudabiliter, non est pium ab evangelicis viris negari, ut est jus gladii: praesertim cum in Evangelio neque sit revocatum neque prohibitum, sed, ut dixi, confirmatum, utique in his, qui fideles erant, militibus Johannem interrogantibus.

Cum ergo Christus in Evangelio res divinas et coelestes instituere debuerit, quid mirum, si gladium non instituerit, qui ab humanis creaturis facile ordinari potest, et interim sic eum tractet, ut, nisi Evangelio repugnaret, eum a se institui, vellet instituere, dum commendat et confirmat institutum.

Petrus et Judas etiam potestates et dominationes sperni et maledici ab Antichristo quoque indignantur. At nunquid permissa licentiosa aut iniqua non licet spernere? Honorem et reverentiam eis vult fieri: sed nunquid idem vult permissis et iniquis?

---

*) Ad bellum?

His locis Scripturae captus, non habeo, quod mihi respondeam, Philippe: et multo minus mihi satisfacies in hanc partem, quam ego in tuam. Tu nullum locum habes, qui vel damnet vel prohibeat, vel ullo modo fugere doceat potestatem: ego tot modis confirmatam, commendatam, honorandam, oratione Deo commendandam habeo: nisi quod ab Evangelio neque imperata, neque consulta sit, quod nec matrimonium, nec domus, nec disciplina domus aut civitatis, aut ulla rerum corporalium administratio et cura.

Tu si quid aliter revelatum habes, ostende: sed sic ostende, ut prohibitam, fugiendam, aut solum permissam asseras. Christus enim Pilato datam desuper potestatem dixit: Deum autem dare non in malum hoc loco sonare puto. De his satis.

Gratulor Amsdorfio substantia aucto *), sed magis feliciter profitenti Apostolum. Jam saturi estis, sine me regnatis, nec video cur me tantopere desideretis, aut quae necessitas meae operae vobis sit: tu tibi ipsi accersere videris cogitationes, cum felicius habeant res vestrae, me absente, quam praesente: tu legis, Amsdorfius legit, Jonas legit. Obsecro, solis vobis vultis annuntiari regnum Dei? nonne et aliis oportet evangelisari? Non dabit vestra Antiochia vel Silam vel Paulum vel Barnabam in opus aliquod spiritus?

Dico tibi: quanquam libentissime apud vos sim, tamen nihil gravarer (quando vos jam abundatis) vel Erfurdiae, vel Coloniae, vel alibi, ubi Dominus vellet, me ostio verbi dignari. Quam multa, quaeso, messis ubique, et nulli operarii: vos autem estis omnes operarii. Ratio certe non nostri, sed fratrum nostrorum ubique dispersorum habenda est, ne forte nobis vivamus, id est, Diabolo, et non Christo.

Quare vide, ne nimio carnem invicem sapiamus, et magis praesentiam carnis, quam spiritus sapiamus. Ego paratus sum ire, quo Dominus volet, sive ad vos, sive alio. De reditu meo nihil scio prorsus: scis, in cujus manu situm sit.

Scribit mihi Spalatinus, non esse disputatam partem conclusionum de confessione, mandato Principis, quod mihi displicet miro modo. Obsecro, deinceps semper praevenite inventa, consilia aulae non sequimini, sicut ego hactenus feci: dimidio non factum esset, si in illius consilio pependissem.

*) S. d. folg. Br.

Sunt etiam ibi homines, sicut et nos. Expostulabo de hoc cum Spalatino. Haec inflant fiduciam adversariis nostris, et timidos nos arguunt. Vale. Literas has jamdudum scriptas ferre quidam promisit, sed fefellit. Orate pro me, quaeso, vos: peccatis enim immergor in hac solitudine. Ex eremo mea, die Margarethae, anno MDXXI.

Martinus Lutherus, August.

Wahrscheinlich v. 13. Jul. N°. CCCXXVII.

An Amsdorf.

L. wünscht A. Glück zur Vermehrung seines Einkommens, und erklärt auch ihm, daß er seiner Krankheit wegen die Einsamkeit verlassen will. Er unterrichtet ihn, wie er Emsern antworten müsse, wenn er sich dazu entschließen wolle. (Indessen hat dieß A. nicht gethan, und L. hat ihn späterhin selbst widerlegt in der Schrift: Widerspruch seines Irrthums, ergangen durch den allerhochgelehrtesten Priester Gottes, Herrn Hieronymus Emser rc. rc.)

Bey Aurifaber I. 338. b. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXXI.

Gratulor te auctum re familiari per sacerdotium istud Schmollense, mi Licentiate, et proficiat vobis. Quod vero scriba ille famam fecerit, me esse in Wartberg *), permitte. Neque enim, ubi sim, Principes ipsi sciunt: quanto minus scriba ille. Caeterum Erfurdiae ero propediem, et forte antequam hae ad te literae pervenerint, morbi hujus gratia: illic publice agam, si saltem me ferre volent ad tempus.

Philippus scripsit, te responsurum Emsero, si mihi videretur: sed metuo, ne indignus sit te responsore: rursum cum sit Satana plenus, metuo, ne rideat et cavilletur, si quisquam e juvenibus ei respondeat. Nam spiritus, qui in ipso furit [1]), aliud non facit, quam ut captet verba, quae cavilletur, re ipsa neglecta. Quidquid fiat: si respondebitis ei, hoc cavete, ut cum ipso nequissimo quodam spiritu, non cum homine vos loqui sciatis. Ipse enim, quid loquatur, nihil intelligit: sed

---

1) Nach Veesenmeyers Conj. Aurif. fuerit.

---

*) S. den folg. Br.

spiritus, qui longo invidiae morbo eum in furorem vertit, et solum, ut irritet et cavilletur, loquitur, omnia loquitur.

Proinde simplicissime oportet in eum scribi, et praeoccupationibus omnia munire, ne verba vel ansam captet Satanas, ut si non ipse (quod desperandum est), sed tamen quilibet, quantumvis rudis, intelligat, eum ad rem nihil dixisse, dum sacerdotes esse probat per inducta Patrum *), cum ego Scripturas protulissem et postulassem, frustra scilicet eum garrire. Tritt erfür du Heiliger etc. Nam ego in meo libello affirmavi, Patribus dici sacerdotes hoc genus hominum, quod ipse frustra conatur ostendere.

Ideo Petri, item Apocalyps. V. et XX. cum praecedentibus et circunstantiis. . . . . et agitandum, insultandumque Diabolo, ut unum locum Scripturae proferat, in quo appellari eos sacerdotes probetur, ut et antea insultavi in eodem libro. Deinde irridendum, quod sacerdotes probari vult per illud: *Vos estis sal terrae* **): quasi sal et sacerdos idem sit, quod pueri in scholis noverunt, qui vocabularium, ex quo legunt ***). Deinde ut eludatur Patrum autoritas clare per Apostolum: *Omnia probate*, item per August. dist. IX. C. noli: item per illud Hieronymi super Matthaei XXIII.: „Quod de Scripturis autoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur:" sed quo Patribus non est credendum ultra, quam sibi credi voluerunt, id est, Scripturis solis ab ipsis adductis. Ideo spiritum istum stultum nondum intelligere argumentum libri sui, cum non quid Patres dixerint, sed cur dixerint, disputetur: ut intelligat lector, aliud esse dicere, aliud credere, et nos disputare non de dicere, sed de credere dictis Patrum: adeo longe os istud blasphemum abesse a scopo suo proprio.

Caetera vos videritis: modo nihil dubitetis, spiritum malum ex ipso loqui, tanquam vase suo propric obsesso, qui solum id agat, ut a proposito discedat, et multis libris multi-

*) Einer der Haupt-Streitpunkte zwischen L. und Emser betraf das Priesterthum. L. hatte behauptet, alle Christen seyen wahrhaft geistlichen Standes, und hatte sich auf 1. Petr. 2, 9. berufen. E. dagegen wollte den Unterschied zwischen Priestern und Laien aus den Vätern beweisen.

**) Auf dieses Argument antwortet L. in dem „Widerspruch rc." bey Walch XVIII. S. 1564.

***) Aurif. interpungirt: Qui vocabularium, Ex quo, legunt. (?)

plicet suas blasphemias. Plane malus spiritus est, sed hoc unum deest suae malitiae, quod stolidum, stupidum et indoctum vas obsidet et occupat: quanquam et ipse, quantumvis nequam, suo furenti impetu satis declaret, quam sit circumscriptus Scripturis, et nihil habeat, quod possit pro regno suo in Papensibus digne producere. Idque dolet Satanae isti.

Quod dico, ut animo contemtore et pacato in eum scribatis, nec irritari vos sinatis, quasi in hominem. Hoc enim contemtu (sic tamen, ut irrisionibus eum provocetis et stultitiae arguatis) incredibiliter irritabitis et cruciabitis superbiam superbissimi spiritus, ut multo plures sit evomiturus blasphemias, et se ipsum proditurus.

Ego si prius scivissem, eum esse obsessum daemonio, egregie daemonium exagitassem, quanquam et sic satis exagitavi imprudens: sed ubi Latine scripserit, ut promittit, faciam, quod nondum feci. Visus erat Petrus Suavenius idoneus: sed, quia antea tractatus est a Lipsensibus, non videtur Diabolo danda veteris furoris occasio in eum. Quia omnino exemplum hoc cavillator daemon in eum resuscitaret.

Benedictus Deus, qui nobis eam non solum dedit colluctationem adversus spiritualia nequitiae, insuper revelavit nobis, non esse carnem aut sanguinem, a quibus oppugnamur in ista causa. Quare fidite et gaudete: ille, qui ejecit Principem hujus mundi foras, non timet ejectum, quem contemsit ejiciendum: ipse regnat, et regnet in nobis peccatoribus et stultis suis, dum Satan furit in sapientibus et justis suis.

Opto esse unus in Hebraeis discipulus, sed et Philippi in Colossensibus. Gratia Christo, qui inenarrabili dono verbi sui sic nos locupletavit. Ego sic gaudeo de vestra abundantia, ut mitissime feram absentiam mei. Video enim me non esse opus vobis, sed vos esse opus mihi. Vale et pro me ora. De Gunthero Stupitio auditus venit ad nos non placens et tristis, sed spero inanem esse. Avertat Dominus id mali a domo ista, Amen. Ex Eremo mea, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

Julius. №. CCCXXVIII.

An Spalatin.

fühlt sich durch Arzney erleichtert, mißbilligt die Verhinderung einer in nberg zu haltenden Disputation, und sieht es ungern, daß sein Aufenthalt artburg ruchbar wird, will aber, wenn die Krankheit nicht nachläßt, in Erfurt suchen u. a. m.

Aurifaber I. 340. b. Vgl. Cod. Jen. a; f. 120. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXVII.

in Domino D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae Ducis, amico et Domino [1]..

tem. Accepi tandem omnia, mi Spalatine: et medicinam arem tentavi juxta praescriptum, et mox quidem laxato e excrevi sine sanguine et violentia, sed nondum bene t laesa et saucia caro ex pristinis diruptionibus, imo nihil s dolorum passus sum, quod podicem extruderet vel vehentia pillularum, vel nescio quis casus. Expecto adhuc l omnia.

Placent, quae e Wittemberga scribis: et gratias Christo, ro me alios suscitavit, ut jam nihil me opus habere inım, nisi quod Philippus nimio indulgens affectibus, cru impatientius fert, quam deceat vel discipulum, netantum tantorum magistrum. Tu vide, ut ejus curam ıs, ne Princeps illustrissimus eum in re familiari sinat ıenuriam. Displicet mihi, inhibitam de confessione dispuıem. Erat enim hoc in papistarum ferociam utile exem, ut scirent, quid pavoris per meam absentiam Wittemnses incussissent, qui sine me talia auderent.

Scribit Amsdorfius, quendam scribam Ducis Johannis ıisse ad Torgensem mulierem, me esse in arce Wartberg: natum eum rumorem, imo auctum ubique. Persuadebit ımor, quod ex aula venerit, sive ille vere scierit, sive ırit, ut frustra celaverimus hanc rem tanta felicitate. Sic insidiatus rem prodit. Sed et ex hospite meo intelligo,

---

1) Nach Cod. Jen.

nimis constanter id asseri ubique, ut jam celari res non possit amplius, etsi nos adhuc fortiter celamus, indignantes, nostram fidem, felicem operam leviter frustrari. Caeterum corpore bene valeo, et animo satis alacris sum, ut frustra sibi Philippus de me somnia fingat. Si morbus non remiserit, Erfurdiam medicis usurus petam.

Carolum impeti bellis *), nihil mirum: nihilque unquam habebit prosperum, et cogetur alienae impietatis poenam solvere, infelix juvenis, quod veritatem Wormatiae malis consultoribus in faciem sic repudiarit: et Germaniam involvet calamitas sua quoque, quod impietati consensit: Dominus autem suos agnoscet.

Vidi Parisiensium sophistarum decretum cum Philippi apologia, et ex corde gaudeo. Non enim sic eos excaecaret Christus, nisi consulere rebus statuisset, et finem tyrannidi illorum facere inciperet. In Latomum nisi antea sub incudem, nihil habeo aliud, quod scribam, eremita tandem verus. Ideo vale. In die divisionis Apostolorum, anno MDXXI.

Martinus Lutherus August.

Nach dem 15. Julius. N⁰. CCCXXIX.

An Spalatin.

Von dem Gerücht, daß L. auf Wartburg sey, von Herzog Georgs Haß, und den Unruhen in Erfurt.

Bey Aurifaber II. 8. Vergl. Cod. Jen. a.; f. 10. Deutsch bey Walch XXI. 744.

Salutem. Audio rumorem spargi, mi Spalatine, Lutherum agere in arce Wartberg apud Isenacum, atque id homines suspicari facit, quod illic in silva captus sim. Sed dum illi sic opinantur, ego interim hic tutus lateo, modo fratribus fides

*) Karl V. hatte in Spanien Empörungen zu dämpfen, und war auch schon mit Franz I., König von Frankreich, in Krieg verwickelt.

adsit, qui circum me sunt. Si me libri editi prodent *), mutabo locum. Mirum, quod Boëmiam nemo nunc cogitat.

Sanctus Georgius Dux Saxoniae valde iraxit (?) adhuc, ut audio: proficiat sibi, atque utinam iraxere velit, donec papista est. Ego committo eum cum Landgravia Hassiae, nunc Comitis Solmensis [1]) uxore: ipsa novit digne tanto viro respondere, dum suis legatis commisit, ut Avi P. [2]) et matris F. P. [3]) recordaretur. Nostine, quid illa legatis ejus responderit inter comitia Wormatiana, argutissima mulier **)?

Erfordiae Satanas suis studiis nobis insidiatus est, ut nostros mala fama inureret, sed nihil proficiet [4]): non sunt nostri, qui haec faciunt. Ita cum resistere nequeat veritati, stulto stultorum in nos zelo, cogitat infamare eam. Miror, ista sustineri a Senatu ejus oppidi ***). Ego jam bene habeo Deo gratia, et a papistis ferior. Ora pro me ac vale. Placet illustrissimo Principi nostro, nondum esse notum locum meum, nam hac ratione nihil ei scribo. Iterum vale. Ex loco meo, anno MDXXI.

Tuus Martinus Luther.

Nach dem 15. Julius. **N⁰. CCCXXX.**

An Spalatin.

L. will durch einen Kunstgriff seine Gegner über seinen verborgenen Aufenthalt täuschen.

Bey Aurifaber II. 8. Vergl. Cod. Jen. a.; f. 108. Deutsch bey Walch XXI. 743.

---

1) Cod. Jen. Zolmissensis. 2) Cod. Jen. avi sui pellificis (?). 3) Cod. Jen. filiae pellificis (?). 4) Aurif. perficiet.

---

*) Jenes Gerücht und diese Stelle von herausgegebenen Büchern beziehen sich auf eine spätere Zeit; sonst würden wir wegen der Unruhen in Erfurt den Brief früher setzen.

**) Lauter Räthsel!

***) Von diesen Unruhen war schon früher die Rede, oder von ähnlichen, s. Br. v. 14. May, No. CCCXIX.

D. Georgio Spalatino, Christi servo, a sacris principalibus Electoris Saxoniae, suo in Domino [1]).

Salutem. Venisse ad te literas meas credo, mi Spalatine, nunc alias et alia mitto. Audi etiam commentum meum. Quando jam rumor ita fortis fit de loco meo, ut etsi non audeant asserere, non tamen possint dissuaderi: vellem hanc epistolam inclusam ad te datam *) tua vel tuorum studiosa incuria sic amitti, ut in manus aversariorum veniret, quasi furtive et velut celando magno sacramento. Atque utinam manus mea in manus porci Dresdensis **) veniat, qui absque dubio rem facile et libenter prodet. Tu vide, quid consultum videatur. Ego ut valeam, cognosces ex hoc latore. Spero enim meliora. Vale in Domino. Ex Eremo, MDXXI [2]).

Martinus Luther.

---

31. Julius. N^o^. CCCXXXI.

An Spalatin.

Wegen der Pest muß L. die Reise nach Erfurt aufgeben, welche Sp. gemißbilligt hatte. In Beziehung auf eine Aeußerung des J. Jonas ermuntert er zur Abschaffung des pabstlichen Rechtes, lehnt ein abgefodertes Gutachten über zu errichtende Gymnasien ab, klagt über seinen Gesundheitszustand, und sendet den Rest des einen Theils der Postille.

Bey Aurifaber I. 342. Vergl. Cod. Jen. a.; f. 122. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXVIII.

Domino Georgio Spalatino, Christi discipulo, suo in Domino charissimo.

Salutem. Ne Erfurdiam concedam, interim pestis intervenit, mi Spalatine. Neque video, quid periculi sit, si occasio esset, illic me morari ad tempus. Neque enim ideo Wittembergam

---

1) Nach Cod. Jen. 2) Cod. Jen. falsch MDXX.

*) Welcher Brief ist dieses?
**) Herzog Georg.

desererem: imo, si alibi etiam docerem, cum ubique sit Christus, idem foret, ac si Wittembergae docerem: quanquam non ambio neque cathedram neque suggestum, nec uspiam concedam eo nomine, nisi fortiter vocatus. Scio non esse doctorem ex Deo, qui sua sponte venit. Hactenus fugi docendi munus: nemo speret, me alium sensum habiturum: semper fugiam. Si enim ambivissem, non in hanc solitudinem consensissem unquam.

Jonas scribit spem bonam de decretalibus papisticis: tu vide, ut perficere spiritus possit, tua opera usus. Sed supra vires meas est, quod petis, ut gymnasii christiani formam unus praescribam: multorum consilia et judicia postulat haec res: habes Wittembergae abunde, qui possint id praestare.

Optimum foret, ut universum jus pontificium prorsus excluderetur: tum Principes aliquando, animo accepto, jurisdictionem et censuras istas penitus antiquarent in suis terris. Audendum enim est, si quid magnum et salutare paramus. Nam nisi jurisdictio ista sacrilega abrogetur et jaceat, jus pontificii veneni quis excludet? Meus hic hospes *) optime coepit, censuras prohibens **): si Principes nomine suo id nollent, dissimularent tamen id fieri per suos praesides et judices, ut sic paulatim irreperet in orbem, ne quis secundum jura Papae possit vexari, sed secundum mores et ritus regionum omnia componerentur.

Valetudo mea habet, ut levius egeram, violentis et potentibus vexata remediis: sed natura digestionis nihil mutatur, et saucedo perseverat, quam suspicor processuram in majus malum, percutiente me Domino secundum veritatem suam.

Quae hic mitto reliqua Postillae, curabis praecedentibus adjungi, et Wittembergae excudi prae omnibus. Nam festinabo, ut denarium Evangeliorum absolutum emittamus pro uno libro: quatuor Dominicas transferam, et reliqua adjiciam. Quod facio, ne liber nimio magnus terreat legentes et ementes: simul ut interim habeatur, quod discatur. In Christo vale, et ora pro me. Ex Eremo, vigilia Petri Vinculati, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

---

*) Der Schloßhauptmann von Wartburg.

**) Er wehrt die Execution des päbstlichen Bannes gegen Luther. Das Beyspiel ist wohl halb scherzhaft zu nehmen.

1. August. N⁰. CCCXXXII.

An Melanchthon.

Bruchstück.

Enthält L.'s Meinung über die Keuschheits-Gelübde der Geistlichen und Mönche, von welchen er das erste aufgehoben wissen will, über das zweyte aber noch ungewiß ist, und über den Genuß des Abendmahls in beyderley Gestalt.

Bey Aurifaber I. 343., mit der Bemerkung, daß dieses Bruchstück in der Bibliothek Spalatins gefunden worden. Deutsch bey Walch XV. Anh. CCIX.

Nämlich, daß ihr nur die Sünde wissen müßt, und lösen könnt, die euch gebeicht werden; welche aber euch nicht gebeicht werden, müßt ihr nicht wissen noch lösen, das ist zu hoch gefahren, lieben Herren.

Nondum persuadetis, idem esse de sacerdotum et monachorum voto statuendum. Me enim vehementer movet, quod sacerdotum ordo a Deo institutus est liber, non autem monachorum, qui sua sponte statum elegerunt et Deo obtulerunt: quanquam eos, qui ante annos pubertatis, vel intra sunt, et has fauces ingressi, sine scrupulo exire posse paene definiam: nisi quod me adhuc remoratur sententia de iis, qui jam senuerunt, et diu in hoc statu morati sunt.

Caeterum cum de sacerdotibus Paulus liberrime definiat, a daemonibus esse prohibitum eorum matrimonium, et vox Pauli sit vox majestatis divinae: confidendum in ea esse non dubito, adeo ut si etiam pepigissent in hanc Diaboli prohibitionem, dum initiarentur, nunc re cognita, cui pacti sint, solvendum pactum esse cum fiducia.

Ista sane Diaboli prohibitio, divinis verbis manifeste traducta, valde me urget: et factum Episcopi Cameracensis *) probare cogit. Deus enim nec fallit nec mentitur, dicens hanc Diaboli prohibitionem esse. Si autem Diaboli est pactum in eam firmatum, firmum esse non debet, cum errore impio adversus Deum et reprobante ac damnante Deo factum sit. Expresse enim dicit eos spiritus erroris esse, qui prohibendi autores sunt.

*) Des Probstes von Kemberg, Barth. Bernh. Feldkirch, welcher sich verheurathet hatte.

Quid ergo trepides huic sententiae divinae concedere etiam adversus portas inferi? Non ita habet juramentum filiorum Israel factum Gibeonitis. Nam in mandatis habebant, ut pacem offerrent, et oblatam admitterent, tum proselytos et ad ritum suum concedentes colligerent. Quae omnia in Gibeonitis facta sunt: nihil ibi contra Dominum factum est, aut spiritibus erroris consulentibus. Licet enim in principio murmurarent, tamen postea comprobaverunt.

Huc adde, quod caelibatus est mere humani statuti, quod homo, qui statuit, solvere potest: ergo et quilibet Christianus potest. Quod dico, si etiam a daemonibus statutum non esset, sed per bonum hominem. Talem sententiam Dei de monachis cum non habeam, non est tutum idem de iis asserere. Neque enim ego auderem sequi, quare nec alteri consulere, ut sequatur. Utinam hoc facere possimus, ne ulterius quisquam monachus fieret, aut intra annos [1]) tragismi resiliret. Scandala etiam vitanda sunt, ubi non est manifesta Scriptura pro nobis, quantumvis licita sunt.

Quod etiam optimus vir Carlstadius ex Paulo citat: viduas juniores vitandas esse, et sexagenariam eligendam esse, utinam concluderet. Facile enim aliquis dicet, Apostolum hoc de futuris statuisse, cum de praeteritis definiat damnatas, quia fidem priorem irritam fecerint: atque sic elusa autoritas illa non erit fidelis petra conscientiarum. Hanc enim quaerimus. Jam ista ratio, quod melius est nubere quam uri, seu ut peccatum fornicationis vitetur, matrimonium in peccato fidei fractae ineunt, quid est nisi ratio? Scripturam quaerimus et testimonium divinae voluntatis: quis scit, si cras uratur, qui hodie uritur?

Nam ego nec sacerdotibus conjugium dederim propter solam ustionem, nisi Paulus prohibitionem erroneam et daemoniacam et hypocriticam et Deo damnatam vocaret, ut vel sine ustione cogat istum caelibatum ob solius Dei timorem deserere: tamen in his adhuc utile fuerit latius disputare. Vellem enim et ego monachis et monialibus succurrere, ut nihil aliud aeque. Adeo me miseret miserabilium hominum, pollutionibus et uredinibus vexatorum [2]) juvenum et puellarum.

De utraque specie Eucharistiae non arguo ab exemplo; sed a verbo Christi. Nihil enim arguit illos, unam accipientes,

---

1) Am Rande hat Aurif. triginta. 2) Aurif. vexatarum

peccasse vel non peccasse: sed hoc movet, quod Christus neutram exegit: sicut nec necessario Baptismum exigit, si prohibeat aquam tyrannus vel mundus [3]). Sic separat virum et mulierem persecutionum violentia, quos tamen Deus separari prohibet: neque enim consentiunt separari. Ita nec consentiunt pia corda privari altera specie: qui vero consentiunt et probant, eos papistas, non Christianos esse, et peccare, quis negabit?

Cum ergo non exigat necessario, et hic urgeat tyrannus: non video, quomodo peccent unam accipientes. Quis enim per vim auferat invito tyranno? Itaque adhuc nihil urget, nisi ratio, qui dictat, institutum Christi non teneri: sed Scriptura nihil definit, sine qua peccatum pronuntiare non possumus. Institutum Christi est, sed liberum permissum, nec incarcerari in totum aut in partem potens.

Quid enim fiat, si contingat id, quod Donato martyri contigit, ut fracto aut effuso calice aliqui non participent, non sit ad manum aliud vinum, et multi similes casus? In summa, quia Scriptura non urget hic peccatum esse, peccatum non assero.

Valde autem placet, ut institutum Christi integretis. Nam hoc erat, quod ante omnia cogitabam solicitare, si ad vos reversus fuissem. Nos enim jam habemus scientiam tyrannidis hujus, et possumus ei resistere, ne cogamur alteram speciem accipere tantum.

Sed et ego amplius non faciam missam privatam in aeternum. Obsecro oremus Dominum, ut festinet nobis ampliorem spiritum suum dare. Suspicor enim fore, ut cito visitet Dominus Germaniam, sicut meretur ejus incredulitas, impietas et odium Evangelii. At haec plaga tum nobis imputabitur, quod haeretici Deum provocaverimus, erimusque opprobrium hominum et abjectio plebis: illi vero apprehendent excusationes in peccatis suis, et justificabunt semet ipsos, ut probet reprobos neque bonitate neque ira bonos fieri: et scandalisabuntur multi. Fiat, fiat voluntas Domini, Amen.

Si gratiae praedicator es, gratiam non fictam, sed veram praedica: si vera gratia est, verum, non fictum peccatum ferto. Deus non facit salvos ficte peccatores.

---

3) Am Rande mutanus.

Esto peccator et pecca fortiter, sed fortius fide et gaude in Christo, qui victor est peccati, mortis et mundi: peccandum est, quam diu sic sumus. Vita haec non est habitatio justitiae, sed exspectamus, ait Petrus, coelos novos et terram novam, in quibus justitia habitat.

Sufficit, quod agnovimus per divitias gloriae Dei agnum, qui tollit peccatum mundi: ab hoc non avellet nos peccatum, etiamsi millies, millies uno die fornicemur aut occidamus. Putas, tam parvum esse pretium et redemtionem pro peccatis nostris factam in tanto ac tali agno?

Ora fortiter: es enim fortissimus peccator. Die Petri Apostoli, anno MDXXI.

Etwa v. 6. August. N⁰. CCCXXXIII.

An Melanchthon.

L. erklärt sich über Carlstadts Schrift vom Cälibat, und findet manches zu tadeln. Er ist noch nicht der Meinung, daß die Klostergelübde schlechthin aufzuheben seyen.

Bey Aurifaber I. 346. Deutsch bey Walch XV. Anh. C.

Salutem. Legi Carlstadii nostri duos quaterniones hac horâ allatos de caelibatu *): et quanquam nollem locum illum de semine Moloch immolato ad profluvium istud naturae detortum (ridebunt enim adversarii torturam ejus loci, cum luce clarius sit, de filiis et filiabus idolo per ignem lustrandis dictum esse) tamen conatum et diligentiam vehementer probo.

Simul et illud me male habet, quod locus ad Timotheum obscurior est, ut videatur non tam de caelibatu, quam de viduis Ecclesiae eleemosyna alendis praecipere, ne gravetur, inquit, Ecclesia: et has sane turpe sit nubere postea velle, ubi in Ecclesiae stipe lascivierint: ex quo non velit confici, ut juniores a caelibatu ejecerit. De viduis enim solis loquitur, et has a stipe Ecclesiae rejicit, si sint juniores et lascivae.

---

*) De caelibatu, monachatu et viduitate liber 1521. Vergl. d. folg. Brief an Spalatin.

Rursum et hoc movet in contrarium, quod in prioribus literis scripsit, Paulum videri de futuris cavere, scilicet praeterita non facere irrita: ut hic locus de virginitate et caelibatu prorsus nihil urgeat. Aliud enim est viduam defuncto marito et caeteris omnibus destitutam suscipi ad alimoniam communem, et aliud virginitatem et caelibatum suscipere. Quod ideo dico, quia vellem a vobis nihil prodire, quod obscuris et ambiguis Scripturis nitatur, cum a nobis exigatur lux, quae plus quam solis et omnium stellarum sit, neque sic tamen vident.

Jam quis coget illud: *Volo juniores nubere*, ad viduas pertinere, ac non potius ad generalem exhortationem omnium adulescentularum, praeter illas damnatas viduas: sicut et permiserat, juniores sicut sorores etc. Neque enim dixit, volo juniores viduas nubere, cum damnarit eas nubere volentes.

Vehementer urget, quod damnatas asserit istas viduas juniores propter fidem irritam factam, quod quomodo dilui possit dextre, dubito: certe fidem illam ligasse juniores sequitur, quantumlibet juniores sint, si propter eam damnantur. Rursus hoc aliquid est quoque, quod tale genus viduarum illud fuerit, quod non personali voto, sed suffragiis Ecclesiae communibus eligeretur. Dicit enim: *Vidua non eligatur*, et hic locum habeat potestas rejiciendi, quas visum fuerit, sed electis nulla libertas recedendi.

Testimonia vero veteris legis de solvendis votis rigidissima prorsus me nihil movent, cum impossibile sit, ea vel intelligi vel applicari posse ad votum istud castitatis, cum nemo ignoret, ei populo ea esse data, cui sub maledicti et opprobrii poena communissima non licuit caste vivere, multo minus vovere.

Et plane hoc mihi obtinui, castitatem sub voto cadere, non posse probari per Scripturas ab nec lege nec exemplo. Reliquum est, 1. Corinth. VII. in arbitrio hominis illud relinqui: deinde legibus et statutis hominum non posse ordinari, nisi inspirante Satana. Haec apud me certa sunt: sequatur inde, quicquid potest. Periculum igitur est, vovere castitatem: sed ideo non valere, quis asserat, cum potuisset et libere castus vivere, consiliis et exemplis Scripturae instructus?

Quanquam ego varie cogitans illud adspicio, quod Petrus Actor. XV. libertate spiritus etiam onus legis impossibile a se et omnibus rejecerit, cui tamen fuerat subjectus, nihil causa.

tus nisi impossibilitatem ejus, consensitque ei tota Ecclesia, et ipse postea cum gentibus edebat: sed rursum hoc obstat, quod non autoritate propria, imo de coelo habuit mandatum, ne quid immundum duceret, id est, legem non esse necessariam gentibus: tamen hoc absque oraculo intulit, nec sibi nec Judaeis esse necessariam, libertatem etiam sibi vendicans lege onerato, per exemplum gentium.

Rursum cogito, qui filiam Abrahae colligatam 60 annis in sabbato curavit: quid si et hic incurvati sint per Satanam, et saltem magna pars voventium, dum nondum probato spiritu voverint ex suo vel Satanae fervore?

Prorsus mihi omnium istarum rerum dilutio aliqua facillima creditur, sed quae nondum appareat nobis. Si enim Christus praesens esset, non dubito, ridicula ista dissolveret, votaque irritaret omnia, neminemque sineret votorum involuntario onere premi, cum sit salvator et episcopus animarum: ut prope mihi hic libertate spiritus utendum esse videatur, et perrumpendum, quicquid obstiterit saluti animarum.

Neque enim ipse hactenus ullo oraculo, ullo signo, ullo testimonio ostendit, sese vovendi hoc placitum habere acceptum: et res plane periculosa sit, hoc sequi, quod illum non constiterit ullo modo probare, maxime cum tot animas perire invitas et necessario videamus, quibus alias optime poterat consuli, si hoc incerti meriti votum non esset. Nonne hoc est currere in incertum? nonne aërem pugno verberare? Quin ergo revocamus cursum?

Accedit ad hoc argumentum mihi magnum, quod hoc votum nunquam est probatum infra 14 annos etiam apud homines, ut scilicet votum in totam vitam sit illicitum. Quis vero certos facit, quod post 14 annos unquam valeat in totam vitam? Deus tacet: homo nescit. Miseros nos, qui sic in incerta ferimur, et pro certis ea sequimur: ut hoc etiam argumento temerarium et Deo ingratum esse videatur, qui est Deus consilii et scientiae [1]), non Deus temeritatis et ignorantiae aut incertitudinis. Vides, quantis urgear rationibus, et tamen statuere in his nondum feliciter possum, nisi quod juvare conatum vestrum valde cupiam.

---

1) Aurif. scienti, wahrscheinlich Druckfehler.

Porro ego vota intra 20 annum facta absque scrupulo rescidi aliquando, et adhuc rescinderem, quod sine consilio et scientia facta esse nemo non videat: sed non nisi eorum votis id feci, qui nondum statum aut habitum mutarant. Nam de his, qui jam sacrifices facti sunt in monasteriis, licet ante 20 annos voverint, nihil adhuc tentavi: nescio, quae nubes pompae hujus et opinionis humanae male me hic vexat.

Dominus Jesus erudiat et liberet nos per misericordiam suam in libertatem nostram. Certe nos populus sumus, cui nulla lex debeat imponi, praesertim in totam vitam, sed libera omnia relinqui. Quod secus fit, non bono spiritu fieri timendum est. Ex Eremo, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

---

6. August. N⁰. CCCXXXIV.

An Spalatin.

L. erklärt sich über Carlstadts und eines Andern Schriften gegen das Cälibat, indem es ihm noch nicht in den Sinn will, daß die Mönche heurathen dürfen; sendet Schriften zum Druck, u. berührt andere Druck-Angelegenheiten.

Bey Aurifaber I. 348. b. Vergl. Cod. Jen. a.; f. 116. Deutsch bey Walch XXI. 758.

Suo Georgio Spalatino.

Salutem. Ex hospite meo accepi dialogos et duos quaterniones Carlstadii. Bone [1]) Deus, nostri Wittembergenses etiam monachis dabunt uxores? At mihi non obtrudent uxorem. Dialogorum autor non satis habuit ingenii, satis eruditionis. Et utinam Carlstadii quoque scripta plus lucis haberent, cum et ingenii et eruditionis magna vis in eis sit.

Non est animus, ut omnia, quae mitto, excudantur. Hinc apologiam Philippi *), nisi aliud videatur, vellem differri, donec

1) Cod. Jen. — Bone.

*) S. d. Br. v. 13. Jul. an Melanchthon.

otiosa fuerint prela: idem de Psalmo: Exsurgat *), factum oportuit, cum abundent ea, quae necessaria sunt, et urgeant.

Magnificat meum, obsecro, nondum est absolutum? Miror, sic interiisse Psalmum CXIX., quem in fine sermonis de confessione certus sum me adjecisse: adeo ut pars ejus cum ultima parte eodem quaternione comprehenderetur, ut etiam necesse sit mutilum esse sermonem de confessione **). Reliquam vero partem seorsum misi cum altero fasce: forte non diligenter quaeritis. Quae hic remitto contra Catharinum, mitte in locum suum: integrum enim habeo eundem.

Durities digestionis meae (ut video) perpetua erit, semper lenienda remediis: quarto, imo quinto fere die semel secessum habeo. Mirabilis stomachus. Vale, et ora pro me: atque cave, ne tu quoque uxorem duxeris, ne incurras in tribulationem carnis. Die Sixti, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

---

15. August. No. CCCXXXV.

An Spalatin.

L. ist unzufrieden mit dem Druck der Schrift von der Beichte, und will nicht, daß seine deutsche Postille, deren Rest er sendet, bey demselben Drucker gedruckt werde; am Ende des Briefs nimmt er dieß jedoch wieder zurück. Er äußert sich wieder über Carlstadts Schrift vom Cälibat, will wissen, auf wessen Kosten er auf Wartburg lebe, und erzählt, daß er mit auf der Jagd gewesen.

Bey Aurifaber I. 349. Vergl Cod. Jen. a.; f. 123. Deutsch bey Walch XX. Anh. LXXIII.

Domino Georgio Spalatino, suo in Domino.

Salutem. Secundum et tertium quaterniones de confessione ex te accepi, mi Spalatine, de qua antea eosdem cum primo quoque quaternione ex Philippo acceperam. Sed mirum est, quam me poeniteat et pigeat ejus excusionis: utinam nihil ver-

*) Der 68. Ps.

**) S. Br. an Sp. v. 10. Jun.

naculi misissem, ita sordide, ita negligenter, ita confuse excuduntur, ut typorum et papyri dissimulem sordes. Johannes *) chalcographus est Joannes in eodem tempore.

Obsecro te, cura, ne is vernaculas Postillas excudat ullo modo, sed ut servetur potius ac remittatur quicquid illarum misi, ut alio mittam. Quid enim prodest laborasse tantum, si tantis sordibus et confusionibus detur caeteris typographis occasio augendi et multiplicandi errati? Nolim hoc exemplo in Evangelia et Epistolas peccari: praestat latere, quam sic edi: denique hac causa jam nihil mitto, cum habeam ferme decem magnos quaterniones in eadem re: nihilque prorsus missurus amplius, donec cognovero, sordidos istos quaestuarios minus curare quaestum in excudendis libris, quam fructum legentium. Quid enim talis excusor videtur cogitare, nisi hoc: sufficit, quod ego pecuniam acquiro: legentes viderint, quid et quomodo legant. Latomi tres quaterniones Philippus misit, qui valde placent.

Quam vellem Carlstadium niti, ut caelibatum istum aptioribus scripturis confutaret: metuo, ne sibi et nobis fabulam excitet. Quae est enim interpretatio: semen dari Moloch, id esse, quod pollui profluvio naturae? quasi ullus homo non sciat, semen eo loci pro liberis et prole accipi, ut Psalm. LXXVII. et Joh. V. *) scribitur. Cur non utitur verbis Scripturae, quae hoc malum appellat mollitiem et immunditiam, ut Apostolus solet? Jam locum ad Timotheum, de rejicienda vidua ad caelibatum torqueri, multis modis et feliciter confutabit adversarius.

Insignis est causa, quam suscepit, et optimus conatus: sed insignem, dextrum 1) et felicem quoque opto. Vides enim, quantum lucis et energiae exigant a nobis adversarii, ut etiam apertissima et aptissima calumnientur. Quo magis curandum nobis est, qui orbis theatrum sumus, ut irreprehensibile sit verbum nostrum, ut Paulus docet.

Forte aliena hic curo, sed aliena non sunt, si succedat conatus ejus. Quid enim periculosius, quam tantam turbam

---

1) Hr. Beesenmeyer vermuthet exitum, aber auch Cod. Jen. hat dextrum, und wenn man alle diese drey Adjectiven auf conatum bezieht, so gibt es einen leidlichen Sinn.

---

*) Joh. Lufft. **) Es ist wohl Joh. VIII:, 33. 37. gemeint.

provocare caelibum ad nuptias, tam infidis et incertis Scripturis, ut postea conscientiarum perpetua divexentur, et pejore quam nunc, cruce? Opto et ego caelibatum liberum fieri, sicut Evangelium exigit: sed quomodo id adstruam, nondum satis scio. Verum frustra haec moneo: nolit forte suum cursum remorari; itaque sinendus est.

Mitto explicatum breviter locum Johannis, ut voluisti: vestrae industriae erit in loco commodiore reponere. Nam ego non teneo memoria totum sermonem: suspicor autem, me satis copiose antea haec dixisse, ut abundantia ista non fuerit opus fortasse.

De patientia mei exilii nihil sis solicitus. Mea enim nihil refert, ubi ubi agam: modo non sim tandem onerosus et molestus his hominibus. Neminem enim vellem per me gravari. Omnino autem credo, me hic agere alimonia et expensis Principis nostri: alioqui ne horam quidem hic subsisterem, si scirem hujus viri *) me consumere substantiam, quanquam et hilariter et libenter omnia mihi ministret. Scis enim, quod, si cujuspiam opes perdendae sunt, Principum perdendae sunt: quod Principem esse, et non aliqua parte latronem esse, aut non, aut vix possibile est, eoque majorem, quo major Princeps fuerit. Tu bene feceris, si me de hoc certum facies. Nam ex hoc homine tam liberali nihil intelligere possum: nisi quod e marsupio principali me sustentet. Sed sic est ingenium meum, ut metuam esse onerosus, ubi forte onerosus non sum: atque hoc metuere etiam decet liberalem animum.

Fui proxima feria secunda in venatione duobus diebus, visurus voluptatem illam heroum γλυκύπικρον: cepimus duos lepores, et aliquot perdiculas miseras: dignam profecto occupationem hominum otiosorum. Theologisabar etiam ibi inter retia et canes: ac quantum voluptatis [2]) attulit species illa rerum, tantum misericordiae et doloris miscuit mysterium. Quid enim ista imago, nisi Diabolum significat per insidias suos et impios magistros canes suos, scilicet episcopos et theologos, venantes innoxias istas bestiolas? Nimis praesenserat [3]) mysterium hoc tristissimum de animabus simplicibus et fidelibus.

2) Aurif., Cod. Jen. voluptis. 3) Viell. praesenseram.

*) Des Schloßhauptmanns.

Accessit et atrocius mysterium, cum mea opera lepusculum servassemus vivum et intra manicam meae tunicae involvissem, ac paulum discessissem: interim canes inventum miserum leporem per tunicam fracto ejus crure dextro et suffocato gutture extinxerunt. Scilicet sic saevit Papa et Satan, ut servatas etiam animas perdat, nihil moratus meam operam.

Denique satur sum ejus venationis: dulciorem arbitror, qua jaculis et sagittis ursi, lupi, apri, vulpes et id genus magistrorum impiorum confodiuntur. Solatur tamen me, quod proximum salutis est mysterium, lepores et innoxias bestias ab homine capi, quam ab ursis, lupis, et rapacibus accipitribus, et similibus episcopis et theologis: quod hic ad infernum, illic ad coelum devorari significentur.

Haec sic per literas ad te luserim, ut scias vos aulicos ferivoraces fore etiam feras in Paradiso, quas vix multa industria capiat et servet Christus optimus venator: vobis luditur, dum in venatione vos luditis.

Mutavi consilium, et mitto reliqua postillarum, cogitans, si forte coeptum sit excudi id quod prius miseram, ut differri aut inhiberi non possit. Vellem autem excudi in cubitalis papyri modum et Lottheri typis, quia magnus erit liber. Dividam autem eum in quatuor anni partes, de angaria in angariam: ut sit non nimis onerosus et sumtuosus.

Sed frustra haec volo, cum non quod ego velim, sed quod agitur illic, fieri possit: quicquid vero fit vel non fit, cura, obsecro, ut bona fide custodiantur ista manus meae exemplaria, aut ad me remittantur. Novi, quis eis insidietur Satanas. Miror, anne meum Magnificat aliquando absolutum sit. Vale et ora pro me. Ad festum Assumtionis Marianae, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

---

9. September. — N°. CCCXXXVI.

An Melanchthon.

L. sagt seine Meinung über die Mönchsgelübde und die Sünde wider den heil. Geist, in Beziehung auf eine Schrift Melanchthons; über den ersten Gegenstand sendet er Disputiersätze.

Bey Aurifaber I. 351. b. Vgl. Cod. Jen. b.; f. 11. Deutsch bey Walch XIX. 223½.

Salutem. Methodus tua *) gratissima est: nihil est, quod mea penuria tuas opes hic moneat: prospere procede et regna. Opto tecum esse, ut de votis istis definire liceat. Infeliciter per literas disputatur, dum hoc alius verbose scribit, quod alter abunde habet, et omittit, quod maxime quaeritur: sicut in ista confessionis quaestione contigit. Si potero, constituam nos in aliquo loco praesentes occulte, quia res ista me sollicitum habet. Interim in ventum fabuler.

Scribis, te in eo esse, ut votum solvendum credas, si servari non possit, ne votum stet cum peccato. Obsecro, an non obscurissime hoc dicis: nonne sic dicis, ac si velis ideo non stare votum, quia impossibile est impleri? Et hac ratione etiam divina praecepta solvenda concedas.

An id differt, quod praecepta sunt nobis imposita, votum ultro est accersitum? Quid hoc efficit, nisi quod non ideo solvendum, quia impossibile, sed quia ultro accersitum? At id ultro accersitum, jam lex Dei factum est, dicente Scriptura: *Vovete et reddite*. Ne tu rationem, sed Scripturam in hac re observes, et votum a priori, non a posteriori rescindas, hoc est, ut legem voti et ritum ejus confutes, in quo ego sudo. Ut impleatur aut non impleatur, nihil moror, neque hinc aliud me efficies: sic enim et divortium probabis, si conjuges prorsus non possint convenire animo. Sed ut valeat, aut non valeat votum, hic mihi laborandum videtur.

Methodus tua non stulte dicit, votorum servitutem alienam esse ab Evangelio, et adversariam servituti spiritus: verum nos de votis, non de servitute votorum hic disputamus. Nosti enim, quae sit et ubi sit illa libertas et servitus: non in votis, sed in spiritu, cum liber possit se omnibus legibus omniumque dominio subdere cum Apostolo Paulo, quomodo S. Bernhardus et quicunque feliciter religiosi fuerunt, sub votum sese tradiderunt.

Darumb will ich von der Meß ein eigen Buchle machen, das auch einem iglichen, wer da will, soll nütz seyn. Denn ich sehe wohl, daß meine Bücher, die ich vorhin davon geschrieben habe, noch nicht gnug bewegen, darumb, daß die Bischof dowidder streben, auf daß, so oft das Wort der Wahrheit verneuet, erhaben und widderholet werde, so oft die Papierhenker dasselbige verdamnen und unterdrucken. Wir sollen auch den Herrn bitten, daß er Werkleut in seine Ernte schicke, und seine Engel, daß sie wegnehmen die Aergerniß, der itzund sehr viel ist, von dem Reich Gottis. Es ist itzunder dieß großes furhanden; wenn wir dasselbige kunnten wegnehmen, so hätten wir nit eins weggenommen, dieweil es ein Grund und Haupt ist aller andern. Der Herr Jesus stärke und bewahr euer Sinn und Herzen, in einem wahren, rechten, ungedichtem Glauben, und göttlicher Liebe, Amen. Aus meiner Wüsten, um Tage Catharinä.

Ende Novembers. No. CCCLI.

An Spalatin,

Luther, der heimlich nach Wittenberg gereist ist, findet, daß Sp. mehrere seiner Schriften und Briefe zurückgehalten hat, und beschwert sich heftig darüber.

Bey Aurifaber I. 366. b. Vergl. Cod. Jen. a.; f. 133. Deutsch bey Walch XV. Anh. XCVIII.

Suo Georgio Spalatino, Christi servo, amico.

Salutem. Misi ad te una cum literis libellos de votis, de missis, et in Moguntinum tyrannum, quae omnia sperabam reddita esse, quibus oportuit: nunc cum longe aliud inveniam, varia cogitare cogor. Metuo enim, ne intercepta sint in itinere, aut quoquo modo per nuntium perdita. Quod [1] si scirem ad te pervenisse, et apud te captiva esse: non esset, quod me hoc tempore magis gravaret, cum in eis hoc egerim, quod maturari quam maxime debuit.

Tu itaque si habes ea penes te, fac, ut modestiae et prudentiae tuae, qua mihi suspectus es, modum ponas. Nihil enim agis, dum adversus gurgitem remigas: edi volo, quae scripsi, si non Wittembergae, certe alibi. Quod si exemplaria vel amissa sunt, vel tu ea retinueris: exacerbabitur mihi spiritus, ut multo vehementiora deinceps in eam rem nihilominus moliar. Neque enim spiritum etiam extinguet, qui mortuas chartas extinxerit.

Veni Wittembergam, et inter dulcissimas amicorum suavitates hoc absynthium inveni, scilicet libellos et literas nemini esse neque auditas neque visas: quem dolorem tu judica an justum esse debuerim arbitrari. Omnia vehementer placent, quae video et audio: Dominus confortet spiritum eorum, qui bene volunt: quanquam per viam vexatus rumore vario de nostrorum quorundam importunitate, praestituerim publicam exhortationem edere, *) quamprimum reversus fuero ad eremum meam. Caetera alias.

---

1) Aurif. quia. Viell. quae.

---

*) Sie erschien im J. 1522 unter dem Titel: Eine treu Vermahnung zu allen Christen sich zu hüten fur Aufrahr und Empörung. Oder ist die Schrift an die Wittenberger gemeint, welche unter No. CCCLVI. folgt, die aber nicht im Druck erschienen ist?

Principi illustriss. me commenda, cui celatum meum accessum ad Wittembergam et recessum volui: qua causa satis ipse intelligis. Vale. Wittembergae apud Philippum meum in aedibus Amsdorfianis, anno MDXXI.

Martinus Luther.

Biblia Latina apud te et per te curabit Philippus ad me mitti, quae rogo suscipias et cures fide tua.

Anfang Decembers. *) No. CCCLII.

An Spalatin.

L. gibt nach, daß der Druck der Schrift wider den Erzbischof in Mainz aufgeschoben werde, macht aber Sp. Vorwürfe wegen seiner Aengstlichkeit. Man müße endlich für das Evangelium handeln. Zuletzt sendet er eine Druckschrift, und bittet um die Vervollständigung der loci theol. von Melanchthon.

Bey Aurifaber II. 221. Deutsch bey Walch XXI. 910.

Salutem. En, ne nihil tibi videar concessisse, mi Spalatine, permitto differri libelli in Moguntinensem editionem: verum *Philippo* volo tradas, cui mandavi, ut acerbiora tradat. 1) Nam epistolam **) omnino volo ad eum mitti, ac denuo aliam proprio nuntio ad eum mittam. Sum contentus, quod scribis de ejus concione futura, et tu bene facis, qui non temere judicas. Sed non bene facis, quod mihi etiam non aliquando credis. Scio cogitationes Satanae, mi Spalatine, sed nihil adversus cogitationes Domini: denique et aliam fore technam Satanae novi, quae majore specie nos petat quam ista, nec sic quidem eum metuam. Dominus enim vivit, cui vos, ut decet aulicos,

1) Vielleicht radat, streiche? Walch übersetzt: daß ers noch schärfer mache: kann das L.'s Absicht gewesen seyn? Vgl. No. CCCXLV, wo er auch sagt, daß er Melanchthon aufgetragen zu ändern.

*) Aurifaber führt diesen Brief unter dem J. 1524 auf; er gehört aber augenscheinlich hieher.

**) Den folgenden Brief.

non creditis, nisi temperet opera sua ad sensum vestrum, ut jam credere non sit opus. Nihil aeque me offendit in ista aula atque incredulitas, quae nec credit ista, quae fiunt, solo consilio Dei [1]) fieri, nec probat, nisi quid nostris viribus spes sit consummari: adeo nihil profectum est hactenus tot experientiis et exemplis vel in hac causa sola. Scribis sacerdotes esse dimissos ab illis, *) quasi non sit dimissio illa septies cruentior, quam captivitas, etiamsi occidissent, dum coëgerunt miseros pejerare et veritatem Dei abnegare. Scilicet ii sunt, quos ad bonam frugem rediisse jactes, et ab iis expectes, [2]) ut ex animo evangelisent aliquando.

Obsecro, si veritas est, istum caelibatum et monasticen divinitus damnari, sicuti non est dubium: cur non liceat diversum tentare et sequi? An perpetuo de verbis Dei disputandum solum est, et opere semper abstinendum? Sed quid surdo fabula? Non enim credit sensus tuus aulicus nimio, hoc est et sapiens et timens nimio. Ego credam Episcopos concionaturos Evangelium, si videro eos relictis suis episcopatibus soli verbo sese dedere, nec ante credam. Interim Satanae consilia [3]) blasphemantis hoc ministerium sacrilego fuco non metuam. Video tandem consilia hominum perrumpenda esse in hac causa, quibus hactenus varie impeditus sum, frustra timentibus ruinam coelorum. Si nihil aliud agendum est, quam hactenus egimus, nihil aliud quoque doctum oportuit.

Mitto et exhortationem vernaculam, **) quam velim quantocius edi, in occursum rudium illorum et insulsorum nostri nominis jactatorum. Hic quaternio G. in Methodo ***) Philippi superfluit, desunt autem in fine tres quaterniones novissimi Q. R. S., quos complebis in tempore. Graecum Testamentum Philippo reddes, ac vale cum tota aula, quam Christus aliquando reddat fidelem fide ἀνυποκρίτῳ. Amen.

T. Martinus Luther.

---

1) Aurif. fehlerhaft de. 2) Viell. jactas — expectas. 3) Aurif. consilj.

---

*) Vom Erzbischof von Mainz und dessen Bischöfen. Vgl. den Br. an Capito v. 17. Jan. 22.

**) S. d. vor. Br. und die Anm.

***) D. h. den logis theologicis.

1. December. No. CCCLIII.

An Albrecht, Erzbischof von Mainz.

Da L. sich hat durch die Rücksicht auf den Hof und Spalatin bestimmen lassen, sein Buch: Wider den Abgott zu Halle zurückzuhalten, so versucht er nun, ob er durch diesen Privatbrief den Erzbischof bestimmen könne, jenem Unwesen zu steuern. Zugleich tadelt er ihn wegen des Verfahrens gegen verehelichte Priester.

Wittenb. IX. 129. Jen. I. 583. Altenb. I. 925. Leipz. XVII. 603. Walch XIX. 656.

Mein willige Dienst seyen E. K. F. G., Hochwirdigster, gnädigster Herr, zuvor.

Es hat ohn Zweifel E. K. F. G. in gutem, frischem Gedächtniß, wie ich an E. K. F. G. zweymal latinisch geschrieben, das erst *) im Anfang des lugenhaftigen Ablaß, so unter E. K. F. G. Namen ausging, darinnen ich E. K. F. G. treulich warnet, mich aus christlicher Liebe entgegensetzet den wüsten, verfuhrischen, geldsüchtigen Predigern, und den ketzerischen, abgläubigen Buchern. Und wiewohl ich hätte mügen den ganzen Sturm, wo mir Unbescheidenheit gefallen, auf E. K. F. G. treiben, als auf den, der solches unter seinem Namen und Wissen handhabet, mit ausgedrucktem Titel auf den ketzerischen Buchern geschrieben; habe ich doch E. K. F. G. und des Hauses zu Brandenburg verschonet, gedacht, E. K. F. G. thät solchs aus Unverstand und Unerfahrung, durch andere falsche Ohrenbläser verfuhret, an welche ich mich allein gehängt, wie mit mancher Mühe und Fahr, ist E. K. F. G. wohl wissend.

Es hat aber solche meine treue Vermahnung Spott, und bei E. K. F. G. Undank fur Dank erlanget. Habe ich zum andern Mal **) aufs unterthänigst geschrieben, mich erboten, Unterricht von E. K. F. G. zu nehmen: ist mir eine harte, unartige, unbischofliche und unchristliche Antwort worden, die Unterricht mir zu thun, auf höher Gewalt geschoben. So denn nu die zwo Schriften nichts geholfen, lasse ich dennoch nicht abe, will dem Evangelio nach auch die dritte Warnung an E. K. F. G. auf deutsch thun, obs helfen wollt, so uberflussiges, unverpflichtes Warnen und Flehen.

*) No. XLII. **) No. CXCV.

Es hat itzt E. K. F. G. zu Halle wieder aufgericht den Abgott, der die armen, einfältigen Christen umb Geld und Seele bringet; damit frey offentlich bekannt, wie alle ungeschickte Taddel durch den Tezel geschehen, nicht sein allein, sondern des Bischofs von Menz Muthwill gewesen sind, der auch, unangesehen mein Verschonen, ihm das allein zumessen will. Es denkt vielleicht E. K. F. G., ich sey nu von dem Plan, will nu fur mir sicher seyn, und durch die Kais. Maj. den Münch wohl dämpfen. Das lasse ich geschehen, aber noch soll E. K. F. G. wissen, daß ich will thun, was christliche Liebe foddert, nicht angesehn auch die hellischen Pforten, schweige denn Ungelehrte, Päpste, Cardinäl und Bischofe. Ich wills weder leiden noch schweigen, daß der Bischof von Mainz sollte furgeben, er wisse nicht, oder ihm gebuhre nicht, Unterricht zu thun, wenn ein arm Mensch von ihm begehrt, und wolle doch wohl darumb wissen, und frechlich fur und fur fahren, wenn es ihm Geld tragen soll. Mir nicht des Schimpfs, man muß anders davon singen und hören.

Ist derhalb an E. K. F. G. mein unterthänige Bitte, E. K. F. G. wollte das arme Volk unverfuhrt und unberaubet lassen, sich einen Bischof, nicht einen Wolf erzeigen. Es ist lautbar gnug worden, wie Ablaß lauter Buberey und Triegerey sey, und allein Christus dem Volk soll prediget werden, daß E. K. F. G. nicht mag durch Unwissenheit entschuldiget werden.

E. K. F. G. wollten eindenken seyn des Anfangs, welch ein greulich Feur aus dem kleinen, verachten Funklin worden ist, da alle Welt so sicher fur war, und meinet, der einige arme Bettler wäre dem Papst unmeßlich zu geringe, und nehme unmuglich Ding fur. Noch hat Gott das Urtheil troffen, dem Papst mit alle den Seinen ubrig genug zu schaffen gegeben, wider und uber aller Welt Meinung das Spiel dahin gefuhrt, daß dem Papst schwerlich wiederzubringen ist, wird auch täglich ärger mit ihm, daß man Gottes Werk hierin zu greifen vermag. Derselbig Gott lebet noch, da zweifel nur niemand an, kann auch die Kunst, daß er einem Cardinal von Mainz widerstehe, wenn gleich vier Kaiser ob ihm hielten. Er hat auch sonder Lust, die hohen Cedern zu brechen, und die hochmuthigen, verstockten Pharaones zu demuthigen. Denselbigen, bitte ich, wollt E. K. F. G. nicht versuchen noch verachten, seiner Kunst und Gewalt ist keine Maß.

E. K. F. G. denken nur nicht, daß Luther todt sey: er wird auf den Gott, der den Papst demuthiget hat, so frey und frohlich pochen, und ein Spiel mit dem Cardinal von Menz anfahen, deß sich nicht

viel versehen. Thut, lieben Bischofen, zusamen, Jungherrn muget ihr bleiben, diesen Geist sollet ihr noch nicht schweigen noch täuben; widerfähret euch aber ein Schimpf daraus, deß ihr euch itzt nicht versehet, so will ich euch hiemit verwarnet haben.

Darumb sey E. K. F. G. endlich und schriftlich angesaget: wo nicht der Abgott wird abgethan, muß ich göttlicher Lehre und christlicher Seligkeit zu gut mir das lassen eine nothige, dringende und unvermeidliche Ursach seyn, E. K. F. G., wie den Papst, offentlich anzutasten, solchem Fürnehmen frohlich einzureden, allen vorigen Greuel des Tezels auf den Bischof zu Mainz treiben, und aller Welt anzeigen Unterscheid zwischen einem Bischof und Wolf. Da mag sich E. K. F. G. nach wissen zu richten und zu halten. Werde ich veracht, so wird einer komen, der den Verächter wieder verachte, wie Esaia sagt. Ich hab E. K. F. G. gnug vermahnet, es ist hinfort Zeit nach S. Paulus Lehre, die offentlichen Ubelthäter fur aller Welt offentlich beruchtigen, verlachen und strafen, daß die Aergerniß werde von dem Reich Gottes getrieben.

Zum andern bitte ich, E. K. F. G. wollten sich enthalten, und die Priester mit Frieden lassen, die sich Unkeuschheit zu meiden in den ehelichen Stand begeben haben oder wollen, nicht sie berauben, das ihnen Gott geben hat. Sintemal E. K. F. G. deß kein Fug, Grund, noch Recht mag anzeigen, und lauter muthwilliger Frevel einem Bischof nicht geziemet. Was hilft doch euch, Bischofe, daß ihr so frech mit Gewalt fahret, und die Herzen uber euch verbittert, und wollet noch muget weder Ursach noch Recht eurs Thun beweisen? Was läßt ihr euch dünken? Seyd ihr eitel Giganten und Nimroden von Babylonien worden? Wisset nicht, ihr armen Leute, daß Frevel, Tyranney, dieweil sie nimer Schein hat, das gemein Gebet verleurt, nicht mag lange bestehen? Wie eilet ihr zu eurem Unfall als die Unsinnigen, der euch selbs allzu fruhe komen wird?

E. K. F. G. sehe drauf, wird solchs nicht abgestellt, wird ein Geschrey sich aus dem Evangelio erheben, und sagen, wie fein es den Bischöfen anstünde, daß sie ihre Balken zuvor aus ihren Augen rissen, und billig wäre, daß die Bischofe zuvor ihre Hurn von sich trieben, ehe sie frome Eheweiber von ihren Ehemännern scheideten.

Ich bitte, E. K. F. G. wollten sich selbs behüten, mir Gunst und Raum lassen zu schweigen. Mir ist nicht Lieb noch Lust in E. K. F. G. Schande und Unehre; aber doch wo nicht Aufhören ist, hart zu schänden, und seine Wahrheit zu unehren, bin ich und alle Christen schuldig, an Gottes Ehre zu halten, obgleich alle Welt, ich

schweig ein armer Mensch, ein Cardinal, darob müßte zu Schanden werden. Schweigen werde ich nicht, und ob mirs nicht wurde gelingen, hoffe ich doch, ihr Bischofe sollt euer Liedlin nicht mit Freuden hinaus singen. Ihr habt sie noch nicht alle vertilget, die Christus wider euer abgottisch Tyranney erweckt hat.

Hierauf bitte und warte ich E. K. F. G. richtige schleunige Antwort, inwendig 14 Tagen, denn nach bestimpten 14 Tagen wird mein Buchlin wider den Abgott zu Halle ausgehen, wo nicht komet eine gemeine Antwort. Und ob diese Schrift wurde durch E. K. F. G. Rathleute unternomen, daß sie nicht zu Handen käme, will ich mich deß nicht lassen aufhalten. Rathleute sollen treue seyn: so soll ein Bischof seinen Hof ordenen, daß fur ihn kome, was fur ihn komen soll. Gott gebe E. K. F. G. seine Gnade zu rechtem Sinn und Willen. Geben in meiner Wüsteney Sonntag nach dem Tag Catharinae 1521.

E. K. F. G. williger und unterthäniger

Mart. Luther.

---

18. December. *) N⁰. CCCLIV.

An Joh. Lange.

L. will das N. T. übersetzen, womit auch J. L. beschäftigt ist, und worin er ihn fortzufahren ermuntert.

Bey Aurifaber I. 295, b Vgl. Riederer Nachrichten I. 255. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXXII.

Suo charissimo Johanni Lango, Fratri Augustiniano, Christiano Erfurdiensi Ecclesiastae, Mart. Lutherus.

Non probo egressum istum tumultuosum,**) cum potuissent et pacifice et amice ab invicem separari. Tu in comitiis***) futurus, vide, ut Evangelii partes foveas, defendas: ego hic latebo usque ad Pascha: interim Postillas conscribam, Novum

*) Bey Aurif. fälschlich unter d. J. 1520. Da doch Ex Eremo auf Wartburg deutet.

**) Wahrscheinlich ist der Austritt der Mönche aus dem Kloster gemeint.

***) Convent, nicht Reichstag, wie Walch übersetzt.

Testamentum vernacula donaturus: quam rem postulant [1]) nostri: in qua et te audio laborare: *) perge, ut coepisti. Utinam oppida singula interpretem suum haberent: et solus hic liber omnium lingua, manu, oculis, auribus, cordibus versaretur. Caetera ex Wittembergensibus audito. Ego corpore bene habeo, et bene curor: sed peccatis et tentationibus quoque bene pulsor. Ora pro me, ac bene vale. Ex Eremo, 4. feria post Luciae, anno MDXXI.

Martinus Lutherus.

---

20. December. N⁰. CCCLV.

An Wenc. Link.

L. sucht W. L. von der Nichtigkeit der Klostergelübde zu überzeugen und von der Unmöglichkeit, den Austritt vieler Mönche aus dem Kloster (den er selbst mißbilligt) zu verhindern, und will, daß er die Freyheit auszutreten öffentlich erklären soll. Zuletzt von seiner Reise nach Wittenberg und seinen Arbeiten.

Aus der Börnerischen Sammlung zu Leipzig, bey Schütze II. 41.

Salutem et gloriam in Domino. Optime Wenceslaë, quod Catharinus meus tibi placuerit, gaudeo, nam cordato viro non parum tribuo: sed vide, ut agam tecum, quo dicunt: Concedens bonae consequentiae antecedens, non potest negare consequens. At consequens id est, quod nunc in coenobio isto vides. Si enim adversus Evangelium est, peccare in usu cibi, loci, personae, aliarumque rerum: ubi manebunt vota, monasteria, regna, creatura? Adversus nostrum Evangelium ea omnia sunt, et tamen tam verum est, adversus Evangelium peccata [2]) statui in illis, quam certum est, Evangelium esse

---

1) Bey Aurif. ... lant, welches Fabric. Centifol. Luth. p. 194. richtig ergänzt.
2) Sch. puncta, was schwerlich richtig ist.

---

*) J. Lange gab schon 1521 eine deutsche Uebersetzung des Evang. Matth. heraus. S. Riederer a. a. O. S. 351.

Evangelium. Quid ergo tu facies? Quem coges ad obedientiam? quem revocabis egressum? quem accusabis apostatam, si libertatem hic et nulla peccata esse docebis, sicut debes? Petis forte a me consilium: dico, me consule non eges. Certus enim sum, nil te facturum aut passurum adversus Evangelium, etiamsi omnia coenobia sunt perdenda. Displicet sane mihi egressus iste cum tumultu, quem audivi. Oportuit enim mutuo consensu et pace ab invicem dimitti, nisi haec poena sit male et impie emissi voti, ut cum dissensione dissolveretur, quod impia concordia fuerit compositum. Sed ut revocari possint, non video rectum et bonum, licet non recte et bene fecerint. Neque te puto posse prohibere, si [1]) qui praeterea sint, qui egredi voluerint: optimum itaque fuerit, ut his tuis comitiis caveres, [2]) et exemplo Cyri publico edicto libertatem donares his, qui egredi volunt, neminem extrudendo, [3]) neminem vi retinendo. Tu vero interim cum Hieremia in ministerio Babylonis maneres: nam et ego in habitu et ritu isto manebo.

Prorsus non video, quid aliud hic facere posses. Nolo enim te impietati praeesse, aut ducem super iniquitatem. Si libellum meum de votis legeris, videbis meam sententiam. Eram Wittembergae, sed non licuit monasterium ingredi, ne perderer. Igitur audendum tibi aliquid hic est, cum videas, tempus et opus Dei ita poscere. Inaudita sunt, fateor, sed simul etiam invita. Ego demonstrative convictus sum. Habes Philippum Melanchtonem, et alios quoque consules. Placuit enim, ut haec comitia Wittembergae haberes. Patrem nostrum carissimum Staupitium nescio, ubi sit. Audio autem eum idolo Salzburgensi aulicum esse, quod homini optimo invideo. Tu eum salutabis. Nam ex libellis meis intelliget, quis sim et quod agam. Jam in Postilla et vernacula tradenda Biblia laboro. Vale. Ex Eremo, fer. 6. post Luciae Virginis.

T. Martinus Lutherus.

---

1) Sch. sed, was keinen Sinn gibt.

2) Sch. careres.

3) Sch. extendendo, was offenbar falsch ist.

Viell. im December. N°. CCCLVI.

An die Wittenberger.

Bruchstück.

L. mißbilligt den Ungestüm, mit welchem man in Wittenberg reformirte, und will, daß man die Schwachen trage.

Diese Schrift, welche L. wahrscheinlich nach seiner Rückkehr von Wittenberg aufsetzte, war vielleicht zum Drucke bestimmt, ist aber nicht vollendet worden. Man findet sie mit der Bemerkung: daß sie nicht ganz zu bekommen gewesen, Wittenb. IX. 144. Jen. II. 53. Altenb. II. 89. Leipz. XVIII. 247. Walch XV. 2370.

Ich kann nicht allwege bey euch seyn. Ein ieglicher ist schüldig fur sich selber zu sterben, und seinen Tod zu leiden, und die größten Anfechtung in seinem Abscheid zu gewarten; wird niemand bey sich zu Rath oder Hülf haben können. Ich werde bey euch nicht seyn; ihr wiederumb bey mir nicht. Welcher denn bestehet wider die Sünde, Helle und Teufel, der ist selig; wer da nicht bestehet, der ist verdampt.

Es kann aber niemand bestehen, er habe denn die tröstliche Sprüche wider die Sünde bey seinem Leben wohl gelernet und geübet. Was die Seele in der Welt davon empfangen hat, das bringt sie mit sich hinweg, und sonst nichts mehr. Wider den Teufel und die Helle kann niemand bestehen, er hab denn Christum gründlich erkennet, daß er dem Teufel tröstlich wisse fürzuhalten, ohn Zweifel, wie Christus für ihn gestorben, die Helle und den Teufel uberwunden; und daß eben er sey derselbige, dem es zu gut geschehen sey, und den Gott selig haben wolle: so muß er selig seyn, wenn auch alle Teufel dawider wären.

Wir sind alle Sünder geborn, und also in des Adams Geburt, durch seinen Fall, verderbet, daß wir aus unsern Kräften und Willen nichts anders, denn sündigen können, und gar nichts frey ist, als Paulus spricht Ephes. 2, (3): Omnes natura sumus filii irae. Aber Christus hat unser Unvermögen getragen im Leben und Sterben. Wie Christus uns gethan hat, so sollen wir unserm Nähesten auch thun. Christus hat unser Schwachheit getragen: so sollen wir unsers Nähesten Schwachheit auch tragen. Christus hält uns zu gut, wenn wir in Sünd fallen, daß wir gleich uberporzeln: warumb wollen wir auch nicht unserm Nähesten etwas zu gut halten?

Man hat diese Neuerung eingeführet mit den Messen, Bilden, Sacrament angreifen, und andern liederlichen Dingen, daran nichts gelegen ist, den Glauben und Liebe fahren lassen; gleich als hätte alle Welt, die umbher liegt, dieser Ding einen grossen Verstand, das doch nicht ist, und gemacht, daß viel fromer Leute hinan gereizt, welch des Teufels rechte Werk ist. Es wäre wohl ein gut Ding, daß man solche Sachen anfing, wenn wir alle zugleich Glauben hätten, und der ganzen Gemein wohlgefiel, dermaßen, daß sich niemand dran ärgerte. Das wird aber nimermehr geschehen. Wir können nicht alle also gelehrt seyn, als Carlstad. Darumb müssen wir den Schwachen nachgeben; sonst wirst du, der stark ist, sehr laufen, und der Schwach, der dir gleicher Schritt nicht folgen kann, untergehen.

Gott hat euch das Wort rein gegeben, und denen zu Wittenberg groß Gnad gethan. Dennoch spüre ich bey euch gar keine Liebe. Wie vielmehr sind die zu dulden von euch, die das Wort nie gehört haben? Wir haben noch viel Brüder und Schwester, die zu Leipzig, im Land zu Meissen, und sonst umbher wohnen, die müssen wir auch mit zum Himel haben. Ist nu itzt Herzog Georg und viel ander hierüber bewegt, auf uns zornig; dennoch sollen wir sie tragen, und das beste von ihnen hoffen. Es ist möglich, daß sie besser werden, denn wir sind. Nu hat man diesen Handel schnell, purdi purdi angefangen, und mit Fäusten hinein getrieben; das gefällt mir gar nicht, daß ihrs wisset; und wenns dazu komet, so will ich in diesem Handel auch nicht bey euch stehen. Ihr habts ohn mich angefangen: so sehet, daß ihrs ohn mich hinaus führen möget. Es ist nicht recht, was ihr gethan habt, und wenns noch einmal Carlstad ꝛc. gesagt hätte. Ihr habt viel elender Gewissen hinein geführt, die das Sacrament genomen und angegriffen haben, Bild niedergerissen, Eyer und Fleisch gessen. Wenn sie in ihrem Sterben oder in einer Anfechtung sollten dem Teufel Rechnung darumb geben, so wüßten sie kein Haar breit drumb. Des Verderbniß bist du ein Ursach gewesen, daß du so unfürsichtig hinein geplumpt hast; und willt noch den Ruhm davon haben, als seyest du Christen, und besser denn ein ander. Da hast du weit gefeylet; du willt Gott damit dienen, weißt nicht, daß du eben des Teufels Vorläufer bist. Gläube mir, ich kenne den Teufel wohl, und fast wohl; er hats allein darumb angefangen, daß er das angegangen Wort schänden wollt. Er hat dich auf das klein Narrenwerk geführt, das Sacrament anzugreifen, Eyer und Fleisch zu essen, daß du dieweil des Glaubens und der Liebe vergessest. Und sehet mich gleich an, als hätten diejenigen, so dieses Spiel ange-

fangen haben, ihren Ruhm gesucht; so hat ihnen auch der Teufel ihren Lohn geben.

Nu wöllen wir sehen von den Stücken, die ihr meines Abwesens gehandelt habt. Erstlich sind Ding, die Gott zu halten geboten hat, die müssen gehalten seyn, und kein anders; es hat auch kein Mensch auf Erden dawider Gewalt, weder Bischof noch Papst. Etlich Ding hat uns Gott frey gelassen, als essen, trinken, Weiber nehmen, rc. davon Gott nichts geboten, auch nichts verboten hat. Diese Ding müssen auch frey bleiben, und hat sie auch kein Mensch auf Erden oder Engel im Himel zu ändern. Hie sind die Päpste und Bischofe zugefahren, und haben aus dieser Freyheit Strick und Satzung gemacht, Pfaffen und Münch eingesetzt, ihnen die Ehe vorboten, Fasttag aufgebracht, und eben die rechte Fasten unterzedruckt; damit sie haben manch hundert tausend Seelen zum Teufel bracht. Und hiemit haben sie eben dem Teufel gedienet; ja, der Teufel hats selber gethan, als Paulus spricht (1 Tim. 4, 1. 2. 3.): Es werden verlogene Geister komen mit Teufelslehren, den Ehestand verbieten, und die Speise, die Gott zu niessen geschaffen hat. Denn keine Oberkeit noch kein Mensch hat Gewalt, Gottes Wort zu ändern. Was Gott frey gelassen hat, das soll ohn allen Zusatz also bleiben. Darumb was Papst oder Bischofe hierinnen machen, ist alles nichts.

In diesen freyen Dingen soll man auf kein Ort dringen. Wenn der Papst spräche, du sollt am Freytag nicht Eyer oder Fleisch essen; thust du es, so thust du Sünde dran: wenn sie also einher fahren, als auf nöthig Ding, so soll man ihnen widerstehen, und sagen: Nu will ichs erst essen, daß du es wider Gott verboten hast. Also soll man handeln mit den Storrigen, und wider die Halsstarrigen; aber wider die Schwachen, die deß keinen Verstand haben, deren man viel findet, die da gern thäten, wenn sie recht wüßten, mit denen soll man gemach und säuberlich umgehen, sie lehren, und wie St. Paul sagt Ebr. 5, 13. mit Milchspeise sie nähren, dieweil sie noch jung im Glauben sind. Wenn erstlich ein Kind geboren wird, so gibt man ihm zum ersten die weiche Speise, das ist, Milch; hernach ein wenig stärker, als Mus und Brey, bis so lange es stärker wird, so gibt man ihm denn Käß und Brod rc. Also ists auch hie. Du mußt deinem Nähesten nachlassen, bis so lang er auch stark, und dir gleich wird. St. Paul, wenn er bey den Jüden war, richtet er sich nach ihren Sitten; bey den Heyden lebte er nach ihrer Weise. Hast du gnug gesogen, und bist stark

worden, willt du drumb die Ziben abschneiden, daß die andern nicht saugen können? Sollten die Mütter alle Kinder hinwerfen, die da nicht bald essen künnten, wo würdest du blieben seyn? Lieber Gesell, hast du gnug gesogen, und bist groß worden, so laß ein andern auch saugen und groß werden.

In diesen freyen Sachen gewinne es diesen Ort, daß die Noth erfordert, als, ein Kranker oder schwanger Frau, können die nicht Fisch essen, so essen sie Fleisch; es sey, wenn es wölle, es ärger sich dran, wer da wölle. Erläuben sie solchs zu Rom umb Geld: so sey es mir erlaubt in der Noth, frey ohn Geld, und soll mich in meiner Freyheit niemand richten, die ich von Gott hab. Also ists auch mit Weiber nehmen, und dergleichen. Aber am essen und trinken ist das Himelreich nicht gelegen. So du issest, bist du nichts deste besser, oder deste weniger Christen; also auch, wenn du nicht issest ꝛc. Aber St. Paul sagt (Röm. 14, 15): Wenn ein Aergerniß daraus entstehen sollt, so wollt ich nimermehr kein Fleisch essen, 1 Cor. 8, (13.)

Das ist wohl wahr, das Wort soll niemand weichen, sondern gerichts gehen, Gott geb, es treff Papst oder Bischof, Kaiser, König oder Fürsten. Merk ein Gleichniß: die Sonn hat den Glanz, und die Wärme oder Hitz; den Glanz kann weder Kaiser, noch König biegen: also, das Wort soll niemands weichen; aber die Wärme kann man wohl fliehen, und in den Schatten gehen: also thut die Liebe, die weicht dem Nähesten, so oft es noth ist.

Wiederumb, soll man auch nicht dringen auf die ander Seiten. Der isset Eyer, der auch: darumb müssen sie alle Eyer essen. Noch nicht! Was sollts mich beschweren, daß ich Fisch esse, meinem Nähesten zu gut? Wollt ich doch wohl ein größers thun, so es ihm zu gut käme. Also kann ich meinen Feinden (wenn ihr Bekehrung zu hoffen ist,) und den Schwachen diese Kappen wohl zu gut tragen, und soll mich nicht beschweren.

1522.

13. Januar. | No. CCCLVII.

An Amsdorf.

L. sagt seine Meinung über den Seelenschlaf, den er wahrscheinlich findet, und über das Fegfeuer, das er noch gewissermaßen annimmt. Er freut sich über Carlstadts Hochzeit, kündigt seine Bibelübersetzung an, und möchte, um die des N. T. zu fertigen, sich in Wittenberg in der Verborgenheit aufhalten. Zuletzt von den Zwickauer Propheten.

Bey Aurifaber II. 44. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXXV.

Reverendissimo Viro, Domino Nicolao Amsdorfio, S. Theologiae Licentiato et Canonico Wittembergensi, etc.

De animabus tuis non satis habeo, quod tibi respondeam. Proclive mihi est concedere tecum in eam sententiam, justorum animas dormire, ac usque ad judicii diem nescire ubi sint. In quam sententiam me trahit verbum Scripturae: *dorminunt cum patribus suis.* Et mortui resuscitati per Christum et Apostolos idem testantur, cum velut a somno evigilarunt, ignari ubi fuerint. Accedunt huc et ectases sanctorum multorum. Nec habeo, quibus hanc sententiam subvertere possim. Sed an universale hoc sit omnibus animabus, non audeo asserere, propter raptum Pauli, Eliae et Moysi, qui utique non ficti apparuerunt in monte Tabor. Quis enim novit, quomodo Deus agat cum animabus separatis? Nonne potest eas aeque sopire alternis vel quamdiu voluerit, atque viventes in carne sopit? Iam illud Lucae XVI de Abraham et Lazaro, etsi non urget universalem, tamen sensum tribuit Abrahae et Lazaro, et durum est hoc ad judicii diem torquere.

Idem de damnatis sentio, posse aliquas sentire poenas statim a morte, aliquas vero separari usque in illum diem. Nam epulo cruciatum confitetur. Et Psalmus dicit: *virum injustum*

mala capient in interitu, nisi tu et hoc trahas ad diem judicii, vel ad transeuntes mortis corporalis angustias. Igitur mea sententia est, incerta haec esse. Verisimile autem, exceptis paucis, omnes dormire insensibiles. Tu nunc vide, qui illi fuerint spiritus in carcere, quibus Petrus scribit per Christum esse praedicatum, annon et illi dormire in eum usque diem poterint? Iudas autem de Sodomitis dicit: *ignis aeterni poenam sustinentes*, loquens de praesenti.

Mea autem sententia de purgatorio sic habet, non quod certum locum arbitror, ut Sophistae fingunt, aut omnes, qui extra coelum et infernum manent, in purgatorio esse arbitror: quis enim hoc asseret? cum dormire possint inter coelum, terram, infernum, purgatorium, et omnia, sicut viventibus contingit in profundo somno: sed quod eam poenam esse sentiam, quam gustum inferni dicunt, qua Christus, Moyses, Abraham, David, Iacob, Iob, Ezechias et multi alli laboravere. Ea enim cum sit similis inferno, tamen temporalis, sive extra corpus, sive in corpore fiat, purgatorium mihi est: nam talem poenam tribuimus purgatorio. Cum autem in corpore asseratur, et certa sit, extra corpus quoque negari non potest, quanquam nec demonstrari, ut prorsus quicquid hic credideris, non erraveris. Non enim si neges purgatorium, haereticus es, quia non negas hanc poenam in corpore sentiri, et extra corpus sentiri posse. Sed hoc negas, destinatum locum esse, et certum esse extra corpus sentiri. Hoc et ego nego: qui enim in corpore eam sentiunt: jam in corpore plane non sunt, quoad vitam ipsam, mortui enim sunt. Quare non est, ut neges, hanc poenam hoc modo extra corpus esse. Hactenus ego: tu si quid amplius habes, doce.

Carlstadii nuptiae mire placent, novi puellam: confortet eum Dominus in bonum exemplum inhibendae et minuendae papisticae libidinis, Amen. Munusculum meum ipse feram suo tempore post Pascha. Interim Biblia transferam, quanquam onus susceperim supra vires. Video nunc, quid sit interpretari, et cur hactenus a nullo sit attentatum, qui profiteretur nomen suum. Vetus Testamentum non potero attingere, nisi vobis praesentibus et cooperantibus. Denique si quo posset fieri, ut secretum cubile apud vestrum aliquem haberem, mox venirem, et vestro auxilio totum ab initio transferrem, ut fieret translatio digna, quae Christianis legeretur: spero enim nos

meliorem daturos esse (quam habeant Latini) nostrae Germaniae. Magnum et dignum opus est, quod nos omnes laboremus, cum sit publicum, et publicae saluti donandum. Responde super haec, quid sit spei. Non opto, ut totus et omnino lateam, cum hoc sit impossibile, sed ut sciatur, me velle latere, vel nesciatur, me velle apparere. Arbitror enim hac ratione satisfieri timidisque et malis, cum senserint me latere velle.

Prophetae Cignaei *) non vos cito moveant: habetis Scripturam Deut. XIII. et 1. Johann. V., **) quae vos securos faciunt, ut non peccetis, si differatis eos, et probetis primo spiritus, an ex Deo sint. Interim dabit Dominus, quod faciendum sit. Mihi sane hoc secundum faciem vehementer suspectum est, quod jactant colloquia Majestatis. De quibus plura ad Philippum. Vale et ora pro me. Die octava Epiphaniae, MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

13. Januar. No. CCCLVIII.

An Melanchthon.

L. ist mit der Antwort des Mainzer Erzbischofs und Capitos Schreiben unzufrieden, welchem letztern er antworten will. Dann sagt er ausführlich seine Meinung über die Zwickauer Propheten, und vertheidigt die von ihnen verworfene Kindertaufe.

Bey Aurifaber II. 41. Vgl. Cod. Jen. b. 14. Deutsch bey Walch XV. Anh. CIII.

Domino M. Philippo Melanchthoni.

Salutem. Literae Moguntini ***) si solae fuissent, vicerant, nunc vero cum adjectae essent Fabricianae, artem prodiderunt et

---

*) In Zwickau hatten sich Nicolaus Storch, Marcus Thomä, Marcus Stübner, Martin Cellarius und Thomas Münzer als Reformatoren aufgeworfen, die ersten, ungelehrte Leute, der letzte, durch die Rolle bekannt, die er im Bauernkrieg spielte. Da ihnen der dortige Prediger Nicolaus Hausmann und die Obrigkeit widerstand, diese sogar Einige ins Gefängniß setzen ließ: so wandten sich Andere nach Wittenberg, und suchten die dortigen Theologen für sich zu gewinnen. Zu ihren schwärmerischen Lehren gehörte die Verwerfung der Kindertaufe. Vgl. Plank II. S. 40. **) Er meint wohl das 4. Cap.

***) Des Erzbischofs von Mainz, vom 24. Dec. in Antwort auf L.'s Brief vom 25. Nov., worin er die Abstellung des Ablaß-Unfugs zu Mainz versprach. S. Walch XIX. 661.

fucum, id quod mihi in Fabricio *) egregie displicet. Ego volebam impietati finem fieri, et rhetor ille agit causam impietatis, dum Episcopum docet personalia peccata confiteri, ac sic Luthero credit belle impositum. Temperabo et mihi, ne hominem primis literis suo merito tractem: ostendam autem, ut sciat spiritum esse in naribus hominis.

Venio ad prophetas, ac primum non probo tuam timiditatem, cum et majori tam spiritu, quam eruditione polleas, quam ego. Ac primum, cum testimonium perhibeant de se ipsis, non statim audiendi sunt, Sed juxta consilium Ioannis, spiritus probandi. Habetis consilium Gamalielis differendi: nihil enim adhuc audio ab eis dici et fieri, quod Satanas non queat praestare vel aemulari. Tu autem ex mea parte hoc explores, an vocationem suam possint probare. Neque enim Deus unquam aliquem misit, nisi vel per hominem vocatum, vel per signa declaratum, ne ipsum quidem Filium. Prophetae olim ex lege et ordine prophetali jus habebant, sicut nos modo per homines. Prorsus nolo eos recipi, si nuda revelatione sese vocatos adserant, cum nec Samuelem quidem vellet loqui Deus nisi per autoritatem consciam Heli. Hoc primum ad publicam docendi functionem pertinet.

Jam vero privatum spiritum explores etiam, quaeras, num experti sint spirituales illas angustias et nativitates divinas, mortes, infernosque. Si audieris blanda, tranquilla, devota (ut vocant) et religiosa, etiamsi in tertium coelum sese raptos dicant, non approbabis. Quia signum filii hominis deest, qui est βάσανος, probator unicus Christianorum, et certus spirituum discretor. Vis scire locum, tempus, modum colloquiorum divinorum? audi: *sicut leo contrivit omnia ossa mea*, et: *projectus sum a facie oculorum tuorum*, et: *repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit.* Non sic loquitur Majestas (ut vocant) immediate, ut homo videat, imo, *non videbit me homo, et vivet.* Et stellam parvam sermonis ejus non fert natura. Ideo enim per homines loquitur, quod loquentem ipsum ferre omnes non possumus. Nam et virginem turbavit angelus, sic et Danielem, sic et Ieremias queritur: *corripe me in judicio, et non sis tu mihi formidini.*

---

*) Capito. Dieser schrieb nämlich an Luther, und rieth ihm den Erzbischof zu schonen.

Et quid plura? quasi Majestas possit cum vetere homine loqui familiariter, et non prius occidere atque exsiccare, ne foeteant [1]) odores ejus pessimi, cum sit ignis consumens. Etiam somnia et visiones sanctorum sunt terribiles saltem, postquam intelliguntur. Tenta ergo et ne Iesum quidem audias gloriosum, nisi videris prius crucifixum.

Ad causam, inquies, quid? hoc enim est alios refutare, non nostra probare. At hoc quomodo possum absens, cum ignorem, quid moveant, si nihil aliud excitant, quam illud: *qui crediderit et baptisatus fuerit, salvus erit*, et quod parvuli per se non credant. Prorsus me nihil movent. Quomodo enim probabunt, eos non credere? At quod non loquuntur et ostendunt fidem, pulchre. Hac ratione quot horis et nos Christiani erimus, dum dormimus et alia facimus? Annon ergo eodem modo potest Deus toto infantiae tempore, ceu continuo somno, fidem in illis servare? Bene, inquies, hoc confutat adversarios de fide jam infusa. At hoc interim sufficit, eos inveniri tales, qui nihil probent, et falso spiritu commoti sint. Quid de infundenda dicis? nihil est reliquum prorsus, nisi fides aliena, quam si statuere non possumus, nihil disputandum est, sed simpliciter damnandus baptismus parvulorum.

Tu dicis, infirma esse exempla fidei alienae? Ego nihil firmius esse dico. Ostendant autem illi, omnes quoque daemones, unum exemplum fidei alienae infirmum. Nam quod Samuelem orasse pro Saule inducis, nihil est: luxit Saulem, non oravit, aut si oravit, non oravit fide, hoc est, non credidit obtineri quod petebat, sed in dubium, aut in arbitrium Dei ponebat. Quemadmodum David pro parvulo suo, et multi pro multis aliis. Si enim certo definisset se accepturum, utique obtinuisset. Stat enim fidelis promissio Christi, Matt. XVIII: *si duo super terram, etc.* et: *quaecunque petieritis, credite quia accipietis, et fient vobis.* Stet ergo inconcusse, impossibile esse, ut id non fiat, quod petitur, et creditur fieri, alioqui vacillabit universa doctrina fidei, nec propria fides aliquid valebit, cum nitatur ejusdem promissionibus. Imo fides aliena nobis propria, sed alteri aliena est, nihilominus necesse est, ut fiat in altero, quod credit. Huc pertinent omnia exempla Evangelii. Neque enim aliquando unum dimisit Christus, qui

---

1) Aurif. foetent.

fide aliena offerretur, sed omnes suscepit. Et quid plura? Testimonia et exempla totius Scripturae stant a fide aliena, id est, a propria fide, quae impetret alteri fidem, et quicquid volet.

Hoc igitur restat, an Ecclesia credat parvulis infundi fidem? Nam de Ecclesia fortassis haec quaestio, non de fide aliena aut efficacia ejus vertitur. Fides aliena quicquid possit, non est disputandum, cum omnia sint possibilia credenti. Haec autem quaestio est de facto, non de jure: non enim possumus disputare, an Ecclesia deberet credere, infundi parvulis fidem, cum potestatem habeat in totum non baptisandi parvulos, nec est locus Scripturae, qui eam cogat hoc credere, sicut sunt aliorum articulorum. Quid igitur faciemus hic? jus non probamus? fidem quis videt? ad confessionem igitur eundum, siquidem ore confessio fit ad salutem. Iam quid confitetur Ecclesia, se credere in hoc articulo? Nonne pueros etiam esse participes beneficiorum Christi? Objicitur vero: quid si Augustinus, et quos Ecclesiam vocas vel esse credis, in hac parte errarint? Quis certos nos faciet, cum probare non possumus, debere eam sic credere? At eadem objectio impugnabitur. Si non jus, tamen factum proprie credendi in Ecclesia. Quis enim certus erit, Augustinum credidisse Trinitatem, si confessioni ejus non creditur? Confessionem ejus certus sum consonare Scripturae, sed eum credere, sicut confitetur, sum incertus. Ego vero video id singulari miraculo Dei factum, ut solus hic articulus de parvulis baptisandis nunquam fuerit negatus ne ab haereticis quidem: adeo nulla est confessio illius in oppositum, sed e contra totius orbis confessio constans et una ad propositum. Hanc autem confessionem negare esse Ecclesiae illius verae et legitimae, arbitror impiissimum esse. Idem enim mihi videtur atque Ecclesiam negare, cum, si non esset, haec Ecclesia absque dubio aliquando dedisset contrariam confessionem, cum fides Ecclesiae nunquam non fuerit, et nunquam non confessa fuerit, quod credit. Plura tu sapiens ex ista occasione capies.

Cum igitur ad baptismum afferre non sit aliud, quam ad Christum praesentem et manus gratiae aperientem in terra offerre, et ille universis exemplis ostenderit, sese acceptare, quod offertur: cur hic dubitamus? Saltem hoc prophetis istis abstulimus, ne possint sua probare, cum desit eis exemplum et testimonium, nobis autem adsint testimonia et exempla,

tum eorum testimonium nobis non repugnat. Quis enim sic arguet, credendum est et baptisandum, ergo parvuli non sunt baptisandi. Non enim ex hoc loco istam consequentiam trahent, cum non probet, parvulos non credere, quod ipsi praesupponunt, et aliunde probare debent, atque non possunt. Quod ergo non est contra Scripturam, pro Scriptura est, et Scriptura pro eo. Jam eadem subtilitate circumcisionem tulerint, dicendo: parvuli non habent fidem Abrahae, ergo non debent habere signaculum ejusdem fidei: cum certum nobis sit, circumcisionem aequalis baptismo virtutis fuisse. Non igitur video, cur non autoritate quoque Dei et exemplo isto parvulos oporteat baptisari: nisi quod baptismus liber est, non exactus, ut circumcisio, proinde neque in tempora, aetates, loca, et alia quoque externa captivari debuit, cum totus liber sit in se ipso. Quod ergo tunc dictum est uni genti in octava die, hoc dicitur nunc omnibus populis omnium aetatum: *qui crediderit*, etc.

Sed plura coram. Semper expectavi Satanam, ut hoc ulcus tangeret, sed noluit per Papistas. In nobis ipsis et inter nostros molitur hoc gravissimum schisma, verum Christus conteret eum velociter sub pedibus nostris. Volo etiam scire, ut tractaris illud, 1. Cor. VII: *alioqui filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.* Num de solis adultis, aut de sanctitate carnis intelligi velis? Nam hinc parvulos fuisse baptisatos ritu et tempore Apostolorum, optarim ostendi. Quanquam video, quid dici possit de ista sanctificatione, tamen tuum etiam judicium videre volo. Cur enim de solis filiis diceret, cum sanctis omnia sint sancta, et mundis omnia munda?

Libellum adversus Episcopum Moguntinum proditurum, et generalem increpationem facturum, ubi insani erint alii, serua. Para mihi hospitium, quia translatio me urgebit ad vos reverti, et ora Dominum, ut fiat cum sua voluntate. Opto autem latere, quantum fieri potest: interim procedam, quo institui. Vale. 8. Epiphaniae, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

17. Januar. CCCLIX.

An Wolfgang Fabricius Capito.

L. gibt seinen Verdacht zu erkennen, daß der Brief des Erzbischofs nicht aufrichtig sey, weil Capito ihn zur Schonung ermahne. Die Liebe ertrage alles, aber nicht das Wort und der Glaube. Sodann wirft er ihm auch in Ansehung der Priesterehe Mangel an Aufrichtigkeit vor, indem er sich auf die Vertreibung des Magdeburgischen Priesters Kaugsdorf beruft.

Dieses Sendschreiben erschien im Druck unter dem Titel: Epistola Lutheri ad Wolfgang Fabricium Capitonem Theologum utilissima. 1522. 4. Auch deutsch, jedoch nicht von L. selbst, in der Sammlung: Urtheil D. M. Luthers und Phil. Melanchthonis von Erasmo Roterdam. Ein christlicher Sendbrief D. M. L. an D. Wolfg. Fabrit. Capitonem u. s. w. Christus Ablaßbrief u. s. w. Eine andere Ausgabe mit süddeutscher Orthographie s. b. Panzer Ann. d. ält. Deutsch. Litt. II. S. 70. No. 1324. Lateinisch findet sich der Brief bey Aurif. II. 36. Viteb. II. 326. Deutsch, jedoch ganz von jener ersten Uebersetzung abweichend, Wittenb. IX. 130. Jen. I. 586. Altenb. I. 927. Leipz. XVII. 606. Walch XIX. 662.

Salutem in Christo. 1) Quantum literae Cardinalis tui animum meum erexerunt, tantum literae 2) tuae dejecerunt, mi Fabrici. Dejicit forte et vultum tuum exordium hoc triste et ingratum, sed tua culpa, qui et fidem et autoritatem literis Cardinalis tam intempestiva rhetorica ademeris. Inter multa enim, quae me 3) moverunt, hoc erat unum, quod scribis eum 4) juvandarum Evangelii partium diversam a nobis iniisse rationem. Hoc enim quid aliud est, quam 5) tuam aut nostram rationem damnabilem esse, cum necesse sit ministerium spiritus sibi ipsi quam minime pugnare? Paulus enim iisdem vestigiis incedentem Timotheum Corinthiis commendat. Atque ego quidem pro meo in te candore verbum hoc diversitatis tuae aliqua ἐπιεικείᾳ 6) leniissem, nisi tu ipse tuus interpres sic coëgisses intelligendum, 7) Evangelium tunc promoveri, si Principibus conniveatur, parcatur, eorum facta excusentur, et (ut tua verba sonant) ne procaces ad pugnam 8) provocemus. Haec tua ratio est,

---

1) Viteb. Mart. Luth. D. Wolfg. Fabr. Capitoni, Cardinalis Moguntini Aulico, S. D. 2) Viteb. — literae. 3) Viteb. — me. 4) Viteb. te. So auch im ersten d. Drucke. 5) Viteb. † aut. 6) Viteb. — tuae aliqua ἐπιεικείᾳ. Auch im e. d. D. fehlt es. 7) Viteb. coëg. sic. intell. esse. 8) Viteb. ne pugnam procaces. Der e. d. D. mit Aurif.

quae juxta nostram rationem pulchra adulatio et veritatis Christianae abnegatio est, et ipsissima προσωποληψία, quam Scripturae sic detestantur, ut nihil vehementius. [1]) Ego nec inimicis optarim hunc animum [2]) probari, et tantum abest, ut optem hac tua ratione juvari Evangelium, ut nihil vehementius deprecer. Et faxit Christus, non ut nihil promoveas, sed ut servet te nobiscum, ne noceas.

Mansuetudinem et benignitatem christianam exigis, scio:[3]) sed quid Christiano [4]) et adulatori? Res aperta est et simplicissima Christianismus: [5]) rem, sicut habet, cognoscit, ita fatetur. [6]) Male valere volunt etiam gentiles eos amicos, qui vitiis amicorum blandiuntur, et veritas Christi vitiis et impietati simul blandiri poterit?

Nos autem tibi [7]) nostram quoque rationem exponemus, et cum fiducia sub judicium tuum et totius orbis proponemus, nihil veriti, quod scribis, offendi vulgi judicium [8]) mordacitate. Quem enim [9]) non offendebat Christus, aut quem non arguebat? Et [10]) spiritus veritatis arguit, non blanditur. Arguit vero non aliquot, sed totum mundum. Igitur nos sic sapimus, omnia prorsus esse reprehendenda, arguenda, confundenda, nihil pascendum nihil connivendum, nihil excusandum, ut medio stet campo [11]) libera et aperta et pura veritas.

Porro aliud est eos, quos corripueris, summa mansuetudine suscipere, tolerare, juvare. [12]) Hoc jam ad charitatis et officii exemplum pertinet, non ad ministerium verbi. Nam et Christus cum acerrime omnes arguerit, tamen [13]) optat gallina illis esse, et sub alis illos [14]) colligere. Charitas est, quae [15]) omnia sustinet, omnia suffert, omnia sperat: fides vero seu verbum prorsus nihil sustinet, sed arguit, devorat, seu ut Jeremias dicit, evellit, destruit, et dissipat, et *maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter.*

Aliud est, inquam, mi Fabrici, [16]) vitium laudare vel extenuare, et aliud benigne [17]) et suaviter curare. Primum

---

1) Viteb. — et ipsissima — — vehementius. So auch im e. d. D. 2) Aurif. falsch amicum. 3) Aurif. — scio. 4) Aurif. Christianis. 5) Aurif. Christianissimus. 6) Viteb. et agnoscit et fatetur. 7) Aurif. — tibi. 8) Viteb. multitudinem. 9) Aurif. autem. 10) Aurif. † si. 11) Viteb. † et. 12) Viteb. invitare. 13) Viteb. tum. 14) Viteb. alas, — illos. 15) Viteb. — est quae. 16) Viteb. est enim, Fabrici. 17) Viteb. aliud benigniter.

enim [1]) dicendum est, quid rectum et non rectum erit, [2]) deinde, ubi id [3]) auditor susceperit, tolerandus, et ut Paulus ait, infirmus fide suscipiendus. [4]) Tua vero ratio id efficit, ut nunquam veritas cognoscatur, [5]) et tamen interim blanditia et ficta humanitate praesumatur vitium sanari. Sic impletur illud Hieremiae: *et sanabant contritiones populi mei*, et iterum: *confortaverunt manus malorum, ut non converterentur unusquisque a malitia sua.*

Nec spero nos tales unquam fuisse, in [6]) quibus charitas desiderata in suscipiendis et tolerandis infirmis posset opprobrari, [7]) neque deest mansuetudo, benignitas, pax et gaudium, si quis verbum nostrum probarit, et statim non queat perfectus esse. Contenti interim sumus, [8]) agnovisse illum [9]) veritatem, non restitisse, non damnasse: quod deinceps agitur, charitatis est, quae exhortetur, [10]) ut et faciat, quod cognorit. Nam [11]) si ex animo tuus Cardinalis has literas scripsisset, obsecro, quanto gaudio, quanta humilitate nos pedibus ejus provoluti, dignos non arbitraremur nos, qui pulverem pedum ejus exoscularemur? [12]) Nonne et nos faex sumus et peccati sentina? Agnoscat [13]) verbum modo, et servos nos praestabimus.

Porro iis, qui doctrinam istam et verbi ministerium aut damnant aut contemnunt, aut subdole persequuntur, nulla gratia, nulla charitas, nulla benignitas: quanquam et hoc sit summae charitatis, furori [14]) et impietati eorum omnibus viribus et modis resistere.

Si autem ex tua formatura (quod suspicor) Cardinalis tuus tam egregium hypocritam praestitit, vides tu ipse, quam nos nihil movere debeat, sed neque fallere nos poteratis, [15]) quando et Satanae cogitationes non ignoramus, [16]) et ex [17]) verbis ipsis tum justificare, tum damnare quemlibet possumus. [18]) Scribit Cardinalis tuus sese praestiturum deinceps Dei gratia, quod ecclesiasticum magistratum decet. Sit, hoc fide ἀνυποκρίτῳ [19])

---

mea ab aula abhorreo, quare non erit ingrata occasio, si nunquam oportuerit vel literis in ea versari. Literas Mirischii, prudentissimi apostatae, legi: et quantum de miserabili lapsu Jacobi doleo, tantum hujus fuco impiissimo indignor. *)

Prophetas istos novos passus sum, et inventus est Satan sese permerdasse in sapientia sua: vehementer superbus et impatiens est iste spiritus eorum, qui nec blandas ferre potest monitiones, sed credi vult plena autoritate ad primam vocem, nec disputare, nec reluctari quemquam volens. Ego, quando ita pertinaces erant, etiam mendaciis manifestis deprehendi, et misera verborum lubricitate evadere molientes, ut serpentem antiquum agnosceres, jussi tandem, ut miraculis probarent suam doctrinam, qua ultra et contra [1]) scripturas gloriarentur. Illi recusabant miracula, minati tamen sunt, fore ut credere tandem eis cogerer. Spumabat et fremebat et furebat inter haec Magister Martinus: **) nec loqui jussus, nec interrogatus, ut nec mihi loquendi spatium faceret. Ego dimissis interminatus [2]) sum eorum Deo, ne miracula ederet invito Deo meo: sic discessimus.

Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud: et qui sermonem meum servabit, non morietur, etc. Omnino de fide dicuntur, ut custodire et servare non sit, opus facere, sed verbo promissionis fortiter adhaerere, et in eodem vivere et operari. Christus certe fidem docet, non opera. Quare ista tormenta sunt omnium impotentissima pro operibus, sed fortissima pro fide: verbum fidei enim servatum servat, ne mors videatur. Hic vale et ora pro me. Saluta omnes nostros. Datae in Vigilia Palmarum, MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

1) Cod. J. supra. 2) Cod. J. interminavi.

---

*) Melchior Mirisch und Jacob Spreng, Prior zu Antwerpen, widerriefen; letzterer nahm den Widerruf zurück, ersterer wurde sogar Verfolger. Vgl. Br. an J. Lange v. 12. Apr. u. 11. Junius, an Spalatin v. 5. Junius.

**) M. Cellarius.

12. April. N°. CCCLXXXIII.

An Joh. Lange.

L. warnt vor gewaltsamen Neuerungen in Erfurt, und ermahnt zur Wachsamkeit und Standhaftigkeit, indem er sich über den Abfall einiger seiner Anhänger beklagt.

Bey Aurifaber II. 59. Deutsch bey Walch XV. Anh. CV.

Salutem. Ante omnia cavete, ne Erfordienses nostratium aemulentur tumultum, in auferendis imaginibus, missis, una specie, et aliis omnibus. Verbo solo sunt auferenda omnia scandala, ut sponte sua cadant, et sine manu conterantur, sicut idola per Apostolos ablata sunt. Doceant etiam et urgeant fidem et charitatem, alia per se nota sunt. Non est mihi tempus scribendi vestris concionatoribus. Si haeres in missa privata, cur non abstines? Quae est enim celebrandi necessitas? Nonne verbum missae potes sine specie sacramenti apprehendere? Aut communica cum sodalibus alicubi. Veruntamen libellus meus *) jam sub prelo, de his omnibus latius narrabit orbi judicium meum.

De fide viduarum apud Apostolum habes meam sententiam in libello de votis, ego aliud non habeo. Annotationes in Esajam ex me petis, ea cogitatione quasi tibi similis otiosus et quietus tota die, cum ego a te debeam exigere talia. Ad Capitulum cur non eundem tibi, non video, praesertim vocato, cum et tuto id possis, et inter amicos habeatur: cur times, ubi timor non est?

Caeterum ora, quaeso, diligenter pro me et causa ista. Satan summis et omnibus viribus nos petit. Hostes edito libello gloriantur de revocatione duorum Lutheranorum, Jacobi nostri et Hermanni cujusdam. Melchior Mirisch non revocavit, sed scribit se prudenter egisse, ut gratiam eorum servaret, hoc est Satanam adoravit, et Christum simulavit se scire, bellus gloriator. Multi alii coacti sunt Jacobi revocationi subscribere. Vidi manum Mirischii ad Spalatinum, copiose recitantis miserabilem et terribilem Jacobinae revocationis histo-

*) S. Br. a. Spalatin v. 30. März, No. CCCLXXX.

riam. *) Commenda quoque tuis omnibus hanc causam, et dic nomine meo, ut humiles orent oratione instanti coram Deo. Modesti autem et quieti doceant apud homines, tum erecti et constantes sint adversus Satanam. Res jam non amplius jocus aut ludus, sed serium erit, et vitam exiget et sanguinem. Dominus Jesus, qui denuo illuminavit Evangelium suum, roboret corda omnium nostrum in laudem gratiae suae, Amen.

De malo quod facit Deus, quid est cur contendatis? otiosi estis, video, in tantis motibus Satanae. Non indiget opere, nec est opus de quo disputatis, sed est omissio operis Dei. Ideo enim nos mala facimus, quia ille cessat in nobis operari, et sinit naturam in sua malitia agere quod agit. Alioqui ubi ipse operatur, non nisi bonum sequitur. Et hoc omittere Dei vocat Scriptura indurare. Malum enim non potest fieri, cum sit nihil, sed hinc fit, cum bonum non fit vel impeditur. Sed interim vale. Vitembergae datae in Vigilia Palmarum, MDXXII.

Martinus Lutherus.

Propheta Marcus una cum Cygneis prophetis a me correptus et monitus, indignantes recesserunt, uno eorum plane furente, ut furentiorem non viderim hominem unquam. Adeo impatiens iste spiritus fuit blandae et fraternae monitionis. Sed Satanam manifeste deprehendimus.

---

12. April. N⁰. CCCLXXXIV.

An Wenc. Link.

L. ladet W. L. ein, noch vor Ostern nach Wittenberg zu kommen, wo er ihm den Brief des Mirisch zu lesen geben will.

Bey Aurifaber II. 60. Deutsch bey Walch XXI. 777.

Salutem in Christo, reverende Pater. Nihil tibi scribam, sed omnia loquar, id est, expecto tuum adventum, quem velim ante Pascha maturares (nescivi enim te Islebii esse): satis

*) Vgl. den vorigen Br. a. Spalatin v. gleichem Datum.

enim praedicare potest per festa Dominus Doctor et Pater, Magister Caspar. Nam post Pascha egrediar visitaturus villas et oppida, sic promisi, ita ut vix me invenias post quindenam post Pascha: tamen si te adesse resciero, reflectam ad Witembergam, ubi ubi fuero. Epistolam gloriosissimi Solonis apud nos leges, Mirischium loquor, qui Christum adeo prudenter negavit, ut nemo audeat id negatum Christum appellare, nisi quicquid non Mirischius Meslerus. Vale in Christo et mox veni. Vigilia Palmarum, MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

14. April. No. CCCLXXXV.

An Spalatin.

L. sendet an Sp. Briefe aus den Niederlanden, und sagt seine Meinung über die guten Werke.

Bey Aurifaber II. 64. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 137. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXXIX.

D. Georgio Spalatino, in aula Ducis Electoris Noribergae, suo in Domino. 1)

Gratia et pax in Domino. Mitto hic, quae ex inferioribus terris secum attulit Jacobus Prior Antverpiensis, Dei miraculo liberatus, qui nunc hic agit nobiscum. Credo ad te pervenisse novum Testamentum usque ad ultimum ternionem 2) Joannis, et alia. Item et Amsdorfium puto tibi respondisse ad quaestionem de bonis operibus. Nam sola illa satisfacit autoritas: *non potest arbor mala fructus bonos facere:* ut igitur fructus non faciunt unquam arborem, ita opera nunquam faciunt bonum virum. Sed e contra facta arbore, sequuntur necessario fructus: ita facto primum bono viro, sequuntur bona opera, non ut bonum faciant, sed ut bonum esse testen-

1) Nach Cod. Jen. Damals war der Reichstag zu Nürnberg, und diese Ueberschrift läßt Sp. mit dem Kurfürsten dort seyn. Aber nach den vorhergehenden und folgenden Briefen scheinen beyde im Lande zu seyn. 2) Aurif. sermonem.

tum. Igitur quae in Scripturis de bonis operibus sonant, sic intelligenda sunt, ut per ea homo non fiat bonus, sed judicetur, cognoscatur, probetur, testificetur esse jam bonus. Ideo Christus in judicio quoque bona opera allegabit, quod per ea bonos fuisse et esse demonstret. Vale et ora pro me. Nihil hic novi est, nisi Cancellarii Badensis libellus in me editus,*) quod quodam libro sit taxatus de falsa relatione meae sententiae apud Episcopum Treverensem, ut nosti. Witembergae in die S. Tiburtii, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

17. April. N°. CCCLXXXVI.

An den Bürgermeister und Rath der Stadt Altenburg.

L. empfiehlt den Gabriel Zwilling (Didymus), ehemaligen Augustiner in Wittenberg, zum Prediger in Altenburg.

Altenb. II. 255. Leipz. XXII. 547. Walch XV. 2411.

Den Ehrsamen und Weisen, Bürgermeister und Rath der Stadt Altenburg, meinen besonders günstigen Herren und Freunden.

Gottes Gnade und Friede zuvor, und meine willige Dienste. Ehrsame, Weise, liebe Herren! Euer Schriften, nächst an mich gethan um eines Prädicanten willen, hab ich gerne empfangen, und mit Freuden eure christliche Begierde zum göttlichen Wort vernommen. Darum ich auch willig, wie auch schuldig bin, euch hierinnen zu dienen und zu rathen, so viel ich mag. Es ist einer, der heißt Gabriel, jetzt zu Düben, der ist fast berühmt mit Verstande und Predigen, und auch nun wohl geübet: den wollt ich rathen und wünschen, daß ihr aufnehmet. Es ist aber eine kleine Scheue dran, daß er ist aus dem Orden getreten, und nun in weltliches Priesters Kleide geberdet; ist auch wohl noth und gut, daß er daraus kommen ist, daß man sein genießen könne zu vieler Seelen Heil. Wo euch nun dieser Scheusal nicht hinderte, wüßte ich den auf dießmal nicht zu verbessern. Und habe ihm davon geschrieben, daß er darauf sich zu

---

*) Ist dieß der Brief des Badischen Kanzlers Vehus an Herz. Georg, wovon Seckendorf I. § 96. add. 2. spricht?

euch füge, daß ihr ihn selbst besehet und versuchet. Wo der euch nicht gefiele, so sind noch zween andere weltliche Priester hier, auch wohlgeschickte Männer; mögen mir das E. Weisheit wieder kund thun, will ich sehen, daß ich zu dem einen euch helfe. Wo sichs auch fügen oder leiden wollte, sollte es meinethalben gar keinen Mangel haben, eurer Begierde nach selbst bey euch zu erscheinen. Wiewohl wenn ihr Gabriel habt, mein nichts dürfet. Hiemit Gottes Gnaden befohlen, der euch alle reich mache am Glauben und Liebe durch sein heiliges Wort, Amen. Geben zu Wittemberg am Grünen Donnerstage Anno 1522.

Martinus Luther.

---

17. April. N°. CCCLXXXVII.

An Gabr. Zwilling. *)

L. fodert Zw. auf, den Ruf nach Altenburg anzunehmen (vgl. d. vor. Brief), und ermahnt ihn zur Mäßigung.

Bey Aurifaber II. 73. b. Deutsch bey Walch XV. 2412.

Gratia et misericordia et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo, Amen. Senatus Altenburgensis petit a me concionatorem evangelicum, qui si ad te venerint, ibis cum eis, et si acceptarint te, suscipies tanquam vocem certissimam vocantis Dei. Nam et ego te illis obtuli et commendavi. Quare rogo, suscipias hoc meum consilium et factum, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui te per me et Philippum vocat, et vade in pace, et Dominus crescere te faciat in multa millia. Cave ergo ante omnia, ut modestus sis, et vestitu sacerdotali honestus incedas, deposito birreto isto latiangulo, propter infirmiores, memor quod mitteris ad eos, qui lacte alendi sunt, et a laqueis Papae solvendi, quod non facies, nisi solo verbo opereris, sicut audisti ex me, et leges in novissimo libello meo: trahi vult ad se homines Pater per Christum, non cogi aut duci statutis aut ordinationibus nostris. Contemtus impietatis

*) Lat. Didymus genannt.

primum cordibus infigendus est, tum sponte cadet impietas, sine manu: et affectus pietatis primum inserendus est, tum sponte veniet pietas, et fiet, ut regnum Dei vim patiatur, et violenti illud rapiant. Dominus autem det tibi sensum et spiritum, ut dignus sis minister Christi filii sui, et benedicat verbum suum in ore tuo, Amen. Gratia tecum, Amen. Wittembergae, die Coenae Domini, MDXXII.

Frater Martinus Lutherus.

---

21. April. No. CCCLXXXVIII.

An Spalatin.

Fürbitte für einen gewissen M. Buchbinder. Von Carlstadts Vorhaben etwas gegen L. zu schreiben.

Bey Aurifaber II. 60. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 139. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXI.

Domino Georgio Spalatino, Evangelistae aulico. 1)

Salutem. Hos libellos ad hospitem meum in volucrum regno *) mitte, quaeso, mi Spalatine: literas modo scribere non erat otium. Est quoque Matthes Buchbinder, cui promisi, ut intercederem pro eo, si qua possit fieri Pontis magister Wittembergae, defuncto officio isto. Pauper est enim et eget: tamen si quis magis idoneus est, nolim urgere, sed alia ratione juvari: fac quod potes et debes. Literas Mirischii remitto.

Ego hodie supplex Carlstadium oravi privatim, ne quid contra me ederet: alioquin cogerer, licet invitus, mutuis cornibus 2) congredi. At homo nihil contra me scribere sese paene sancte dejerat, quanquam sexterniones aliud loquantur, qui jam sub manu Rectoris et Judicum cognoscuntur. Certum est, me non passurum ea quae scripsit, contemto scandalo. Agunt tamen, ut vel revocet, vel premat libellum, quod non urgeo.

1) Nach Cod. Jen. 2) Aurif. carnibus.

*) Auf Wartburg.

Neque enim Satanam ipsum timeo, neque Angelum de coelo, quanto minus Carolstadium. Vale et ora pro Evangelii gloria. Christus servet Principem nostrum adhuc paululum, sic enim oro quotidie. Iterum vale. Die 2. Paschae, MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

21. April. N°. CCCLXXXIX.

An Spalatin.

Empfehlung eines Geistlichen, vorläufige Bitte für Joh. Brismann u. a. m.

Bey Aurifaber II. 61. a. Cod. Jen. a.; f. 140. Deutsch bey Walch XXI. 773.

Pio et erudito Viro, Georgio Spalatino, Evangelistae Principali Saxoniae, suo in Christo. 1)

Salutem. Primum hunc sacerdotem supplicem Principi tibi commendo, mi Spalatine, id enim rogavit me: quid autem quaerat, intelliges ex ipso. Caeterum mihi scribe, sicut prius postulavi, an literae meae et supplicationes in aula sordeant, nec ne. Nam ex parte Patris Joannis Brismanni, Doctoris Theologiae Minoritae, nunc in Cotbusio extorris, haberem, quod supplicem. Affectat enim hic Wittembergae esse, si commode ali possit, et ego promisi pro eo ad te scribere. *)

Vicarius Wenceslaus est nobiscum, et aliquot diebus erit in hoc loco. Carolstadio inhiberi audio editionem libelli per Rectorem et Magistratum.

De reliquiis ostendendis sic sapio, esse scilicet eas jam abunde satis ostensas, atque adeo ostentatas, et ostentui habitas per orbem: agent tamen, ut in publicum proferantur in medio choro, spectandae omnes una tabula, caeteris ceremoniis omnibus servatis pro more. Vale et ora pro me. Wittembergae, MDXXII, feria 5. Paschatis.

Tuus Martinus Lutherus.

---

1) Nach Cod. Jen.

*) Vgl. d. folg. Br. an Brismann.

Nach dem 24. April. *) N°. CCCXC.

An Joh. Brismann.

Joh. Brismann (geb. z. Cotbus 1488) hatte sich in Wittenberg aufgehalten und war mit Luthers Lehre bekannt worden, die er in Cotbus predigte. Dadurch zog er sich den Haß seiner Brüder, der Franciscaner Mönche, zu, besonders nachdem er in Wittenberg Doctor der Theologie geworden war. Er schrieb deßhalb an L., und bat ihn, sich seiner anzunehmen, und Luther schrieb auch deßhalb an Spalatin. (S. den vor. Br.) In diesem Briefe tröstet er ihn, und ermahnt ihn zur Geduld, und meint, daß wenn er sich von Cotbus füglich wegbegeben konnte, er seinen Aufenthalt in Wittenberg im Convent der Franciscaner nehmen möchte. Wirklich ging auch B. zu Ende des Jahres nach W., wo er eine Verantwortungsschrift herausgab. S. Erläutertes Preußen II. S. 305.

Aus dem in der v. Wallenrodtischen Bibliothek in Königsberg befindlichen Original in Erläut. Preußen II. 304. bey Strobel-Ranner p. 82.

Reverendo Patri Brismanno, Theologo et Francisci sincero discipulo, in Christo suo Majori.

Salutem. Et memor tui sum, rev. Pater, et memor ero, sed nosti hujus aulae cunctationem, et ut dicunt, summam prudentiam. Atque necdum a Spalatino responsum accepi. Urgebo autem eum quam primum, ut certus fiam, sitne quaestio affirmativa vel negativa super te. Interim tu patere, sicut pateris, aut si potes, erumpe et advola. Credo enim te in Conventu vestro apud nos ali posse, sicut hactenus, etiamsi Princeps praeterea nihil adderet. Neque enim patiar, si resciero, vestrum Conventum penuria confici, sicut et praedicam, ut aut alerent propriis, aut mendicitatem rursus admitterent, quod et factum est. Aliud modo non habeo, quod scribam, et omnia ex fratribus tuis scire possis, quae hic aguntur. Dominus servet te et augeat in gloriam suam cum omnibus tuis, in quo bene vale. *f. 5.* [1]) Paschatos, MDXXII.

---

1) Strob. 2.

---

*) Entweder das Datum dieses (24. Apr.) oder des vorigen Briefes ist falsch, indem dieser später seyn muß.

25. April. N°. CCCXCI.

An Ludwig, Grafen zu Stolberg.

Belehrung über die Abschaffung der Bilder.

Nach dem Original im Gräfl. Stollbergischen Archiv in den Unschuldigen Nachrichten 1726. S. 195. Dann im Suppl. der Leipz. Ausg. S. 31. und hieraus bey Walch X. S. 234.

Dem Edlen und Wohlvornehmen[1]) Herrn, Herrn Ludwig, Grafen zu Stolberg ꝛc. meinem gnädigen Herrn und Patron.

Gnad und Fried von Gott, Amen! und mein unterthänige Dienst zuvor. Gnädiger Herr, es hat Philippus an mir begehrt, E. G. zu schreiben von dem Handel der Bildniß, den E. G. ihm schriftlich[2]) meldet. Und wiewohl E. G. aus meinem Büchlein gnugsam kann meine Meinung vernehmen, hab ich doch seinen Begierden und E. G. zu Dienst wollen auch meine Handschrift zusenden. E. G. glaube fürwahr, daß mir das ungeschickte Wesen mit den Bildniß nicht gefället. Und obs noch ärger Ding drum wäre, so taugt doch solche Weise, sie abzuthun, in keinen Weg. Findet man doch wohl, die Wein und Brod, Gold und Silber mißbrauchen und für Abgott haben, wie Paulus Röm. 16, 8: Quorum Deus venter est: sollt man darum alle Bäuche, Gold und Wein erstechen und schänden? so müßt man auch Sonn, Mond, nnd Sternen vom Himmel reißen, denn die sind in der Schrift ja so hart verboten anzubeten, als kein anders. Ja man müßte auch keine Uberkeit, weder Vater noch Mutter leben lassen, denn man dieselben mit Kniebeugen ehret, gleich als Gott selber, und oft mehr sie fürcht oder liebt, denn Gott selber. Fürwahr, der rechte göttl. Dienst[3]) liegt inwendig im Vertrauen und Lieben.

Wahr ists, ich wollt, sie wären aus den Kirchen: nicht des Anbetens Fahr[4]) halber, denn ich fürchte, man anbete die Heiligen selber mehr, dann die Bilde; sondern umb des falschen Vertrauens willen, daß man meinet, Gott ein gut Werk und Dienst daran zu

1) Leipz. Walch: Wohlgebornen. 2) L. W. in Schriften.
3) L. W. Gottesdienst. 4) L. W. — Fahr.

thun, und [1]) Holz und Steine legt vergeblich, [2]) daß man an des Nächsten Nothdurft sollt wenden.

Aber Summa, mit Predigen sollt man solches und alle andere Mißglauben stoßen und brechen, daß zuvor die Herzen durchs reine Evangelion würden davon gezogen: so würde das äusserliche Ding von ihm selbst wohl fallen, dieweil es niemand helfet. [3]) Nu aber die Herzen noch daran hangen mit Unwissen der Fahr, [4]) so kann man sie nicht zureißen, man zerreißet die Herzen auch mit. Wir sind Christen, leider! mit Bildbrechen, Fleischessen und andern äusserlichen Dingen, aber Glaub und Liebe, da die Macht liegt, will nirgend hernach. Solch mein Schreiben auf dießmal wolle E. G. mir gnädiglichen zu gut halten, denn E. G. zu dienen bin ich ganz willig. Gott lasse E. G. seiner Barmherzigkeit befohlen seyn. Geben zu Wittenberg am Freytag nach Ostern, 1522.

E. G. Diener,

Martinus Luther.

---

5. May. No. CCCXCII.

An Spalatin.

L. meldet von seiner Reise nach Zwickau und Eulenburg, und wünscht, daß der Kurfürst den Rath der letztern Stadt auffodern möge, einen evangelischen Prediger anzustellen. Zuletzt von erschienenen Gegenschriften.

Bey Aurifaber II. 61. b. Cod. Jen. a.; f. 140. Deutsch bey Walch XXI. 779.

Optimo Viro, D. Georgio Spalatino, Evangelistae Ducali, suo in Domino. [5])

Salutem. An literas tuas, quarum toties mentionem facis, receperim, nescio, nec quid scripseris, memini. Affirmat autem hic qui attulit, esse mihi redditas: Wittembergae de hac re videro. Caeterum quid hac profectione egerim, ex aliis cognosces vel cognovisti.

---

1) Viell. + an. 2) L. W. unterdessen die Liebe und Treue leit (?). 3) L. W. hält. 4) L. W. unwissender Gefahr. 5) Nach Cod. Jen.

Doctor ille Agrippinensis Gerardus vocatur, natus e divitum civium Coloniensium sanguine: sincerus vir, qui studio veritatis huc ascendit, et primo in Cygneorum prophetarum incidit dogmata, e quibus juvenem Coloniae aluerat et audierat, et adhuc satis illorum somniis (ut neophytus) movetur. Crescit tamen in viam sanam paulatim. Cygneae Thomas cum suis monstra plantaverat; Egranus etiamnum portenta seminat; undique furit Satan et insidiatur Evangelio. At Cygneae modo tribus egregiis viris evangelistis bene provisum est, ipso pastore optimo viro, et aliis duobus Magistris Sacerdotibus.

Video autem Eulenburgenses aliquot segnescere pro evangelista vocando, alios vero desiderare, ut Princeps noster Senatum literis adhortaretur, ut populo misero in hac re necessaria et sancta cederent, et vel Andream Kausdorfium, vel Thomam quendam Wittembergae vocarent. Vides ergo et tuae charitati hic locum esse, si a Principe talem adhortationem impetrare posses. Nam et Principis et [1]) christiani fratris, etiam Principis nomine, interest, lupis adversari, et pro sui populi salute solicitum esse. Hanc igitur curam tibi commendo.

Catharinum *) et Archiepiscopum Venetum **) contra me scribentes accepi, et bene Italiae tandem, quod et ipsa Rubeos et Alveldios habet, ne tanta gloria soli Germani superbirent. Indigni sunt qui legantur, nedum digni quibus respondeatur. Paris autoritatis e Lipsia mihi attulit Dominus Gerardus librum Hochstrati contra me, suppresso tamen suo nomine, sed stylo et ingenio, ceu asinus sub leonis auribus proditi, quem igni dedimus. ***) Christus infatuat suos adversarios egregie. Vale. Ex arce Eulenbergensi, feria 2. post Misericordias Domini, anno MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

1) Cod. Jen. ut.

---

*) Wahrscheinlich dessen Schrift: Excusatio disputationis contra Lutherum ad universas ecclesias. Florent. 1521. 4.

**) Diesen Gegner führt Fabricius Centifol. Luth. nicht an.

***) Welche Schrift ist dieß? Wäre der Brief 1524 geschrieben, so ließe sich auf H.'s Schrift: Dialogus de veneratione et invocatione Sanctorum contra perfidiam Lutheranorum — — authore J. Philalethe Colon. 4. rathen.

6. May. N°. CCCXCIII.

An den Bürgermeister und Rath der Stadt Altenburg.

Wegen gewisser Hindernisse, welche besonders die Canonici zu Altenburg der Anstellung des Gabriel Zwilling entgegensetzten.

Altenb. II. 255. Leipz. XXII. 547. Walch XV. 2417.

Den Ehrsamen und Weisen, Bürgermeister und Rath der Stadt Altenburg, meinen besonders lieben Herren und Freunden.

Gnade und Friede von Gott unserm Vater, Amen. Ehrsame, Weise, liebe Herren und Freunde! Daß euch Magister Gabriel gefällt, höre ich gerne; daß sichs aber noch sperret, ist kein bös Zeichen. Was von Gott kömmt, muß Widerstöße haben, daß es probiret werde. Darum haltet an, und lasset nicht abe, bittet Gott, daß er euch helfe. Denn es muß mit Gebet dem Teufel Widerstand geschehen, und nicht mit unserm Erwählen und Vermögen. Ich habe meinem gnädigsten Herren geschrieben, wie ihr begehret; hoffe, es soll gelingen. Doch müssen wir erwarten, was Gott schicket, und seinen Willen annehmen. Es haben auch oftmals unsere Sünden verdienet, was uns zuwider und hinderlich widerfähret. Und wie ich euch gesaget, die Regelherren haben keine Oberkeit mehr, wenn sie dem Evangelio entgegen sind, sondern sind als Wölfe zu meiden und zu verlassen. Und einem jeglichen gebühret zu urtheilen ihre Lehre, und die Wölfe zu erkennen. Denn ein jeglicher muß für sich selbst gläuben, und wissen, was rechter oder unrechter Glaube ist. Da stehe ich auf, darauf bleibet ihr auch. Und Gott gebe euch seine Gnade und Stärke, zu erkennen und zu thun seinen Willen, Amen. Geben zu Wittemberg am Dienstag nach Misericordias Domini, Anno 1522.

Martinus Luther.

8. May. No. CCCXCIV.

An den Kurfürsten Friedrich.

L. fodert den Kurfürsten auf, dem Rathe zu Altenburg gegen die Canonici beyzustehen, daß er einen evangelischen Prediger anstellen dürfe.

Wittenb. IX. 152. Jen. II. 65. Altenb. II. 253. Leipz. XXII. 545. Walch XV. 2414. Wir haben den Cod. Jen. a.; f. 147. verglichen.

Gnade und Friede von Gott, und meine unterthänige Dienst zuvor. Durchleuchtigster, Hochgeborner Fürst, [1]) Gnädigster Herr! Ich füg E. K. F. G. unterthäniglich zu wissen, wie mich der Rath zu Altenburg ersucht und gebeten, umb einen guten Prediger anzuweisen. Darauf habe ich nicht aus mir selbs, sondern meiner lieben Herrn und Freunde alhie zu Wittemberg, in der Sachen den Verständigsten, ihnen fürgeschlagen Magister Gabriel, als der mit Verstand und Predigt der beste geruhmet, und der fürnehmest angesehen sey.

Nu merk ich aus seinem Schreiben, und etlicher mehr Angeben, daß er dem Volk fast angenehm, allein daran ein Stoß gewinnet, daß ihn die Regeler-Herrn auf dem Berge, als uber sie die geistlichen Regenten, allda nicht leiden wöllen. Dazu hab ich meinen Rath geben, daß dieselbigen Herrn solchs nicht Macht haben zu wehren, sondern Gott selbs alle Oberkeit und Gewalt aufgehaben hat, wo sie wider das Evangelium handelt, 2 Cor. 10, (8.) und 13, (10): Non est potestas a Deo data ad destructionem, sed ad aedificationem. Item Act. 5, (29): Oportet Deo magis obedire, quam hominibus.

Derhalben sind der Rath zu Altenburg, auch E. K. F. G. schüldig, zu wehren falschen Predigern, oder je dazu helfen, oder leiden, daß ein rechter Prediger daselbs eingestellt werde. Dawider hilft kein Siegel, Briefe, Brauch, [2]) noch irgend ein Recht, es sey denn, daß sie mit Gewalt anders gezwungen werden. Denn wider Gewalt hält kein Siegel, Recht, Brauch, noch Oberkeit. Hab ihnen auch gnug angezeigt, daß sie Macht und Recht haben, wahre und falsche Lehre zu erkennen und urtheilen, Matth. 7, (15): Attendite a falsis Prophetis: also daß allenthalben der Regeler-Herrn Recht,

---

1) Cod. Jen. Kurfürst. 2) C. J. noch Br., noch Br.

Macht, Zins und Oberkeit aus ist, weil sie offentlich dem Evangelio entgegen sind, und der Rath von Altenburg nicht soll absehen seins Fürnehmens, es treib sie denn Tyranney und weltlich Gewalt davon, die sie sollen leiden, aber doch nicht billigen, noch Recht geben.

Uber das höre ich, E. K. F. G. beschwere das, daß Gabriel von mir zuvor getadelt sey, daß ich seins Dings nicht Gefallen tragen habe. Das ist wahr; aber er wandte sich sobald umb, bekennet und bessert sich sogar gründlich gegen mir, und straffet sich selbs für jedermann, daß ich ihn nicht hab wissen zu verwerfen, sondern, weil er sondere Gnade hat zu predigen, sein Buße und Besserung aufnehmen. Wollt Gott, die anden Kopfe ließen sich ein Stücke seines Bekehrens merken. Auch hab ich ihm gar hart für uns allen aufgelegt und angezeigt, daß er ja kein Neuerung aufrichte oder anfahe, sondern allein den Glauben und die Liebe wohl treibe, daneben mit Worten anstoße, was dawider ist: also daß er sittlich das Evangelium zuvor in die Leute bringe, und darnach Gott walten und handeln lasse; welchs er mir nicht alleine itzt in diesem Briefe, sondern auch zuvor gar ernstlich und treulich verheißen hat, daß ich hoffe, so viel auf Menschen sich zu verlassen ist, es solle derhalben nicht Noth haben. Daß er aber ein Münch gewesen ist, weiß E. K. F. G. wohl, daß nicht ärgerlich ist, denn bey den blinden und irrenden Leuten; [1]) welch [2]) Aergerniß zu verachten ist, auf daß Gottes Wort den armen Seelen nicht entzogen werde.

Ist derhalben an E. K. F. G. mein unterthänige Bitte, E. K. F. G. wollte den armen Leuten solche ihr christliche Meinung, Recht und Fürnehmen helfen handhaben, oder je nichts daran hindern, und sie walten lassen; wer weiß, was Gott dadurch will wirken? Denn E. K. F. G. kann der Regeler Herrn Recht und Oberkeit in solcher Sachen, nämlich Prediger des Evangelii zu wehren, nicht schützen mit gutem Gewissen; sondern ist auch für sich selbs schüldig, als ein christlich Mitglied, dazu zu rathen und helfen, auch als ein christlich Fürst, so fern es seyn mag, den Wolfen zu begegnen.

Gott wollt E. K. F. G. durch seine Barmherzigkeit ansehen, sie lange Zeit gesund [3]) sparen und behalten, Amen. Solchs mein Schreiben wollt E. K. F. G. von mir nicht zu Ungnaden aufnehmen. Geben am Donnerstag nach Johannis ante portam Latinam, 1522.

E. K. F. G. unterthäniger Diener

Martinus Luther.

---

1) Cod. Jen. ihren Leitern. 2) C. J. welcher. 3) C. J. — sie lange Zeit gesund.

8. May. N°. CCCXCV.

An Gabriel Zwilling, Prediger zu Altenburg.

Warnung vor anmaßlichem Selbstvertrauen, und Ermahnung, das gethane Versprechen, sich vor Neuerung zu hüten, zu erfüllen.

Bey Aurifaber II. 62. Deutsch bey Walch XV. 2418.

Gabrieli Didymo, Evangelistae Ecclesiae Altenburgensis.

Gratiam et pacem in Christo. Scripsi Principi pro causa ista, sed tuae literae mihi non satis placuerunt, quod in eis olfecerim nescio quid spiritualis praesumtionis. Noli gloriari te multa velle pro verbo facere et pati. Qui stat, videat, ne cadat: nondum pugnasti cum morte, non est res tam facilis, quam facile de ea dicitur. Terreat te exemplum Prioris Antverpiani et multorum aliorum, qui cadunt quotidie, et pauci stant. Ambula ergo in timore et contemtu tui ipsius, et ora Dominum, ut ipse tua omnia faciat, et tu nihil facias, sed sis sabbathum Christo. Caeterum sicut exhortatus sum te, ut a facto abstineres innovandi, sed solo verbo conscientias liberes, puram fidem et charitatem tractando, urgendo: ita adhuc rogo et hortor, ut sic facias. Nam ita facturum te Principi promisi, quantum promittere potui: vide ergo, ne et me et te, simul et Evangelion confundas, aliter faciendo. Vides vulgum irruere ad externa, ad sacramenta, ad ritus: huic occurrendum est, et unice curandum, ut retrahatur, et primo ad fidem et charitatem formandum, ut fructibus probent, sese palmites esse vitis nostrae. Confide in Dominum, sic te facturum, in quo bene vale, et saluta Pharmacopolam et uxorem ejus, quibus non erat tempus ut scriberem: obruor enim undique literis. Feria 5. post Misericordias Domini, anno MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

10. May. N⁰. CCCXCVI.

An Spalatin.

L. sendet eine Probe der Bibel-Uebersetzung, erwartet die ihm zu überschickenden Edelsteine, und bittet um Verwendung wegen einer ökonomischen Angelegenheit des Klosters.

Bey Aurifaber II. 63. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 141. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXXIV.

Erudito et pio Viro, Georgio Spalatino, Evangelistae Ducali, suo in Christo. 1)

Salutem. Mitto tibi gustum novae Bibliae nostrae, sed sic, ut serves, ne vulgetur. Gemmas expecto fideliter custodiendas et remittendas. Caeterum rogo, intercedas apud Bernhardum Hirsfeldium pro me, ut apud illustrissimum Principem mihi impetret supplicationem ad Quaestorem Wittembergensem pro aliquanto (nescio quanto) bravio, 2) quod Prior noster debet, et ego fideiussor sum factus, ne exigat, ante quam possimus solvere, quia census non dantur nobis, et posita mendicitate jam quotannis 300 florenis facti sumus pauperiores. Hic est 3) nichts mehr denn Lieb und Freundschaft. In diem vivimus, in diem moriemur. Vale et responde bona. Sabbatho post Misericordias Domini, anno MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

15. May. N⁰. CCCXCVII.

An Spalatin.

Erklärung der Stelle Joh. XVI, 8. Ueber Erasmus zweideutige Gesinnung gegen L. Er fragt nach einem deutschen Ausdruck für Eunuch.

Bey Aurifaber II. 63. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 142. Deutsch bey Walch XXI. 781.

---

1) Nach Cod. Jen. 2) Cod Jen. brasio. 3) Cod. Jen. Hie ist.

Charissimo fratri, M. Georgio Spalatino, in Christo suo. [1])

Salutem. Paene obruor literis legendis, quid putas temporis perdam respondendis? De loco Joannis. XVI, (8.) meam accipe sententiam. *Spiritus arguet mundum de peccato, quia non credunt in Christum:* hoc enim peccatum incredulitatis mundus ignorabat, et operibus fidebat et fidit. At sicut credenti nullum peccatum peccatum est, ita incredulo nullum bonum opus bonum opus est. *De justitia vero, quia vado ad Patrem, et mundus me non videt:* hanc justitiam quoque mundus nescit, quae est, credere Christum per passionem ascendisse et omnium dominum factum, ut omnes salvet: ideo enim non videtur, ut credatur, et haec est justitia fidei, non operum. *De judicio autem, quia princeps mundi jam judicatus est:* et hoc judicium nescit mundus, dum sapit ea, quae bona sunt carni, et odit crucem, quae est sapientia antiqui serpentis infusa nobis. At justitia fidei docet amare crucem, et omnia amplecti, quae princeps mundi et mundus ipse fugit et odit, ut ignominiam, paupertatem, mortem, opprobria, damna, etc. Ergo et arguitur mundus, quod huic judicio principis sui adhaeret, et propter crucem in Christo scandalisatur.

Mitto literas aliquot amicorum, in quibus ipse legas, quae petis. Erasmus in sua Epistolarum farragine prodit tandem hostis Lutheri et doctrinae ejus ex animo: sed fucis et astu verborum mentitur sese amicum. In qua re autoritatem et nomen suum egregie pessundabit. Melior est Eccius eo, qui aperta fronte hostem profitetur. Hunc autem tergiversantem et subdolum, tum amicum tum hostem, detestor. Christus vivit et contemnit etiam principem mundi, et omnes, qui sequuntur judicium ejus.

Est et alia sententia de loco Joannis. XVI. nostro Wenceslao, quae placet: quam alias scribam, si voles. Nam illud, quod ego de judicio dixi, mihi ipsi non satis placet: simplicissime enim de judicio extremo argui mundum puto, quod mundus nescivit futurum, ideo neque timuit, neque peccatum,

---

1) Nach Cod. Jen.

neque justitiam curavit, cum tamen adeo sit praesens, ut jam non modo inceperit, sed et ipsum caput mundi jam judicatum sit. Cujus judicii terrore spiritus manifestato, mundum ad peccati cognitionem et justitiae desiderium accendere voluit, juxta illud Rom. I: *Revelatur ira Dei de coelo in Evangelio*, etc. Bene vale et saluta omnes nostros. Eunuchi vernaculum tuum non satis facit, didici in Westphalia vocari **ein Ron**, et **ronen** sit castrare proprie homines: nescio, an eo utemur. Gemmarum promissum expecto. Feria 5. post Jubilate, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

19. May. N°. CCCXCVIII.

An Nic. Hausmann, Prediger in Zwickau.

L. will, daß eine Testaments-Sache vom Rathe in Zwickau oder von Hausmann selbst entschieden, und nicht an den Kurfürsten gebracht werde.

Bey Aurifaber II. 65. a. Deutsch bey Walch XXI. 784.

Gratiam et pacem. Venerabilis mihi in Domino Nicolaë, ut paucis inter occupationes multas scribam de ista re, quam petis, nullo modo mihi consultum videtur, ut Principi illustrissimo de hac re scribatur. Certus, quod non acceptabit, sed a se ad vos denuo retorquebit. Novi hominis ingenium, qui ferre potest, ut ab aliis fiant, quaecunque fiunt, sed mandare aut consulere nolit. Ita vobis, id est, Senatui et tibi ista res perficienda est, et hoc Senatui, quaeso, meo nomine et rogatu persuadeas. Si autem et Senatus nolet sese intromittere, tui solius est ex officio tuo, ut testamentum vel totum vel quantum potest fieri, in hujus paupertatem transferas: ut enim hoc facias et audeas, jus et autoritatem tibi tribuit tum necessitas tum charitas. Neque enim valuit nec valet, quod ille pro lapidibus testatus est, cum praesens sit frater, qui ex ista pecunia alendus sit. Procedatis igitur per Deum simpliciter ac de plano, et nolite quaestionem facere, aut huc et

illuc [1]) rem istam versari: [2]) infringenda est tandem exemplo aliquo ista impia testandi consuetudo. Caetera ex ipso audies, et Consules meo nomine salutes, et cum Presbytero tuo vale, optime frater. Oro te, ut tuo et meo nomine apud Mulpfordium, aut apud quos oportet, labores, ut huic viro adsint, quo de testamento illo, quod mihi narravit, obtineat pro sua necessitate aliquam partem, quando certum est, quicquid testatum est, magis viventi homini, quam mortuae domui impertiendum esse, nec contra hanc charitatis regulam ulli liceat testari, aut testatum servare: sic me rogavit, ut orarem. Witembergae, feria 2. post Cantate, anno MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

20. May. N⁰. CCCXCIX.

An Spalatin.

Bitte um Wildpret zur Hochzeit des Professors Aurogallus. Zuletzt von zu empfehlenden Lehrern, deren sich keine schicklichen finden.

Bey Buddeus p. 23. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 236. Deutsch bey Walch XXI. 819.

Domino Magistro Georgio Spalatino, servo Christi, suo in Domino fratri.

Gratiam et pacem. Petit Aurogallus, si fieri potest, mi Spalatine, ut nuptiae ejus honorentur aliqua ferina. Dignus est, ut nosti, et Academiae nostrae pars non vilissima: fac quod potes. Erunt autem nuptiae feria secunda proxima, id est, post Vocem jucunditatis. Jam sum in scribendis, quae promisi, ut nosti: mittam cras ad te. Hactenus literae et typi me sunt morati. Vale. Feria tertia post Cantate.

Martinus Luther.

Inter Magistros vero artium, qui modo sunt, non possumus invenire, quem commendemus, quod aut seniores sunt, quam ut illuc velint migrare, aut ad obeundum id muneris non idonei.

---

1) Aurif. falsch illud. 2) Viell. versare.

27. May. N°. CCCC.

An Gabr. Zwilling.

L. ermahnt Zw., es ruhig abzuwarten, ob er das angetretene Amt behalten werde oder nicht.

Bey Aurifaber II. 65. b. Deutsch bey Walch XV. 2419.

Gratiam et pacem in Christo. Fidem indue, mi Gabriel, et hanc causam clausis sensibus non videas, quorsum veniat aut quo vadat, sicut decet eum, qui de spiritu natus est. Dominus disponet eam, interim tu praedica et mane, donec exire jussus fueris cum Abraham, ignarus quo eundum sit, et ora Dominum pro hac re et omnibus aliis: satis enim fecisti, si promtus fueris cedere loco et officio ad mandatum Majorum, verum ne cesseris, donec alius per Principem vel per me oblatus fuerit. Ego enim in me accepi fidem et opus pro alio offerendo: quod si Princeps me anteverterit, fiat voluntas tua. Sine gloriari sacerdotes Baal: hoc enim oportet fieri, alioqui quomodo esset eorum finis confusio? Esto tu profugus et instabilis in oculis eorum: quis scit, si Dominus te stabiliat et vagari non sinat, etiam illis omnibus nolentibus. Apothecarium et uxorem ejus cum omnibus aliis saluta, et solare. Deinde me excusa, quod non scripserim, quia tempus et occupationum arena non patitur. Ac vale, confortare et esto robustus in Domino, viriliter agens in plenitudine fidei. Wittembergae, anno MDXXII. feria 3. post Urbani.

T. Martinus Lutherus.

---

28. May. N°. CCCCI.

An Caspar Börner, Professor in Leipzig.

L. schrieb diesen Brief wahrscheinlich in der Absicht, daß er den Freunden des Erasmus und diesem selbst zu Gesicht kommen sollte, wo er ihn nicht gleich zum Druck schrieb. Es ist dieß das erste Vorzeichen des späterhin ausbrechenden Streites zwischen beyden. L. erklärt, daß er E.'s verschiedene Meinung über die Prädestination kenne, aber sich vor seiner Beredtsamkeit nicht fürchte; jedoch wünsche er den Frieden mit ihm zu erhalten.

Dieses Sendschreiben erschien im Druck unter dem Titel: Judicium D. Mart. Lutheri de Erasmo Roterodamo. Epistola ad amicum. 1522. S. Rotermund S. 23. No. 92. Deutsch nebst obigem Brief an Capito s. No. CCCLIX. Lateinisch bey Aurif. II. 66. Viteb. II. 455. (al. 424) Deutsch in einer andern als jener zuerst gedruckten Uebersetzung Wittenb. IX. 176. Jen. II. 260. Altenb. II. 313. Leipz. XIX. 1. Walch (in verschiedener Uebersetzung, weil er nicht sah, daß der Brief bey Aurifaber und in den Ausg. derselbe sey) XVIII. 2495. XXI. 785.

Casparo Bornero, Professori bonarum artium in Academia Lipsensi. 1)

Gratiam et pacem in Christo. Literas tuas novissimas laetus accepi, vir optime, quod sentiam te egregie sentire et promoveri 2) in conditione rei christianae, et opto oroque, ut Dominus, quod incepit, perficiat. Saevitiam istam apud vos regnantem adversus Christum dolens audio: sed erit, ut aut ipse Princeps *) mutet sponte 3) furorem, aut alius mutabit invito et brevi.

De praedestinatione vero 4) sentire Mosellanum cum Erasmo antea novi, totus enim Erasmianus est. Ego contra sentio, Erasmum minus de praedestinatione scire, vel scire sese ostentare, quam hactenus sophistarum scholae sciverunt. Neque est, ut timeam casurum me, nisi mutem sententiam. Non est Erasmus in hac re formidabilis, sicut neque in summa ferme 5) tota rerum christianarum. Potentior est veritas quam eloquentia, potior spiritus quam ingenium, major fides quam eruditio, et ut Paulus ait, *stultum dei sapientius est hominibus.* Ciceronis eloquentia saepius superata est minore eloquentia in judiciis fori: Julianus eloquentior est Augustino. In summa, victoria est penes balbutientem veritatem, non apud mendacem eloquentiam, sicut scriptum est: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti virtutem, ut destruas inimicum et ultorem.*

Non provocabo Erasmum, sed neque 6) provocatus semel ac 7) iterum mox referiam. Tamen non videtur mihi consultum, ut vires eloquentiae suae in me instituat. Metuo enim,

---

1) Im ersten Druck und in den Ausg. heißt es bloß ad amicum. 2) Aurif. promereri. 3) Aurif. — sponte. 4) Aurif. — vero. 5) Aurif. fere. 6) Aurif. — neque. 7) Aurif. atque.

---

*) Herzog Georg.

non inveniet in Luthero Fabrum Stapulensem, neque possit [1]) gloriari, sicut de illo gloriatur: Omnes [2]) gratulantur mihi victum esse Gallum. Quod si se commiserit huic aleae, videbit Christum nec portas inferi nec potestates aëris formidantem, et occurram balbutientissimus eloquentissimo Erasmo cum fiducia, nihili etiam habita ejus autoritate, nomine et favore. Ego novi, quid sit in hoc homine, quandoquidem et Satanae cogitationes noverimus, quanquam exspecto, ut in dies magis revelet id, quod in me alit.

Haec verbosius tecum ago, ut habeas, quo nihil pro me aut [3]) solicitus sis aut timeas, neque ampullis magnificis aliorum terrearis. Salutabis autem Mosellanum, neque ideo alienus sum ab eo, quod Erasmi magis quam mea sectetur. Imo dicito ei, ut sit fortiter Erasmianus. Erit tempus, cum aliter sentiet: interim est [4]) ferendus optimi animi sensus infirmior. [5]) Et tu quoque in Domino vale. Feria quarta post Urbani, anno MDXXII.

Tuus M. Lutherus.

---

29. May. N⁰. CCCCII.

An Spalatin.

Zuerst eine Widerlegung der wiedertäuferischen Lehre des Thomas Münzer, dann von Gabriel Zwillings Anstellung in Altenburg.

Bey Aurifaber II. 67. Cod. Jen. a.; f. 143. Deutsch bey Walch XV. Anh. CIX.

Suo Georgio Spalatino, Ecclesiasti in aula Saxoniae. [6])

Gratia et Pax in Christo. Egisse radices suas dogma Thomae *) de baptismo infantium altissime, scio: neque hoc curatur, ut ex omnibus cordibus evellatur, quod nulla fuerit

---

1) Aurif. posset. 2) Aurif. + inquit. 3) Aurif. — aut. 4) Viteb. et. 5) Aurif. inferior. 6) Nach Cod. Jen.

*) Th. Münzer in Zwickau.

impietas aut error, qui non in majore parte haeserit pertinacius in finem. Utinam ex aliquot cordibus isthic evelli possit: argumenta tamen eorum nihil urgent.

Primum illud Marci: *Qui crediderit et baptisatus fuerit*, etc. quomodo probabunt, parvulos non credere? An quod non ostentant fidem? At hac ratione neque nos erimus credentes, dum dormimus, edimus, laboramus, aut aliud quam credere facimus? Quod ergo nobis somnus, hoc illis infantiam esse censemus, et per verbum Dei exorcisari Satanam cum oratione Ecclesiae credimus, non enim frustra exit verbum Dei, ex ore suo, teste Esaja. LV, (11.) Apud me nihil differt per verbum converti adultum et parvulum, imo in adulto plus est rebellionis contra verbum, puta rationem, sapientiam, experientiam, etc. Baptisari vero igne et Spiritu sancto idem est, id est, dari spiritum sanctum credentibus, ita ut per eum omnia peccata submergantur, et si quae remanent, pro absorptis propter ipsum habeantur. Lege Philippi locos communes de aquae baptismatibus: Joannes tantum signum dedit suo baptismate, et legis doctrinam significabat, Christus et signum et rem dat, quae est gratia Spiritus sancti exhibita per Evangelii doctrinam: igitur sicut parvulos credere, ita et igne baptisari dicimus. Contra eos vero id pugnat, quod parvuli in Israel circumcidebantur octava die, quae circumcisio erat signum fidei in Christum futurum, quae erat in Abraham. Si ergo et hic dixerint, parvulos non credidisse, ergo frustra circumcisos esse, occurret eis Christus Matth. XIX: cum ei parvuli offerrentur, ut tangeret eos, et oraret pro eis, et discipuli eos prohiberent, dixit: *Sinite parvulos venire ad me, horum est enim regnum coelorum.* Hic Christum neque mentiri, neque figurative loqui necesse est, cum de ipsis oblatis parvulis loquatur, et regnum coelorum esse non possit nisi credentium. Ita baptismus est signum fidei in Christum praesenter regnantem, quare accipientes ipsum parvuli, necesse est similes illis circumcisis haberi. Si ergo circumcisio dabat illis regnum coelorum, cur non et baptismus? praesertim cum hic accedat sanctificatio per verbum et orationem et fidem Ecclesiae offerentis hos parvulos Christo, et orantis, ut manus suas eis imponat et pro eis oret. Verum latius agemus, si urgere coeperint palam.

Mitto hic supplicationem Altenburgensium, qui me interpellant, ut pro Gabriele scribam obtinendo: ego autem jam antea scripsi de eodem, et arbitror omnino Principi esse redditas literas. Ego existimo Gabrielem istuc esse vocatum, ideo mandavi ei, ne discederet, donec Princeps alium istuc miserit, et sic per vim ejiciat, neque consilio neque auxilio meo debet [1]) recedere nisi compulsus. Scio, quid Princeps metuat, scio etiam, quod in carne adhuc sumus, et multa timemus, ubi timor non est. Summa, faciat Princeps et aula in hac re, quod voluerint: ego Spiritui sancto non resistam, ipsi viderint. Sententia mea est, non probari nec consentiri a me, Gabrielem illic submovendum, neque rursus animus est illum ultra commendare, vel in eo loco tueri adversus vim: vos videritis. Bene vale in Domino. Cursim die Ascensionis, anno MDXXII.

Tuus Martinus Luther.

---

29. May. N°. CCCCIII.

An Joh. Lange.

L. sendet ein hebr. Wörterbuch zurück, und ermahnt, die Anbetung der Heiligen nach und nach durch die bessere Einsicht, nicht durch gewaltsame Neuerung zu zerstören, worüber er ein Sendschreiben an die Erfurter drucken lassen will.

Bey Aurifaber II. 63. b. Deutsch bey Walch XXI. 788.

Gratia et pax in Christo. Lexicon Hebraicon remitto, sed illud primum, quod olim Erfordiae emeram ab initio: nam tuum propter crebras annotationes pro mea teneo memoria, quanquam et istud aliquot habeat, quibus aegre careo, et tu illis non omnibus crede, aliquando enim divinavi.

Epistolam ad Ecclesiam vestram animo verso, sed distractus [2]) multitudine rerum, nondum parturio, volo tamen aliquando parturire. De cultu Sanctorum totus orbis (miror) quaerit ita, ut cogar de ipso in lucem proferre judicium me.

---

1) Cod. Jen. † illic. 2) Aurif. distructus, Druckfehler.

um Vellem enim sopiri hanc quaestionem, non alia causa, quam quod non necessaria est, tam multas quaestiones, et ut Paulus ait, sine fine movebit. Et Satan hoc agit, ut superfluis et non necessariis quaestionibus nos a fide et charitate avocet, et novas sectas et haereses suberigat, dum non advertitur. Tu igitur ea, quae sunt vilia, tantum urge, et ad Christum omnes voca, ut interim sciant non necessarium esse cultum Sanctorum, ut demus licitum et bonum esse. Stultum autem est in non necessariis sudare, et necessaria negligere. per sesemet cultus Sanctorum sine opere nostro corruet, ubi non necessarium esse constiterit, et Christus solus fuerit in monte Tabor. Nam hac ratione mihi ipsi excidit iste cultus, ut nesciam, quomodo et quando desierim Sanctos appellare orando, contentus uno Christo et Deo Patre. Quocirca probare non possum eos, qui apud nos simpliciter damnant cultores Sanctorum. Oportuit enim infirmos lente ducere et non subito deturbare, data primum ratione non necessarii cultus, deinde servato affectu reverentiae erga Sanctos, de qua libellus meus loquetur. Placet, quod et Usingensis *) in arenam procedit, amissurus autoritatis suae culicem. Vale et ora pro me. Saluta omnes nostros in Christo. Wittembergae die Ascensionis, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

2. Junius. N°. CCCCIV.

An Volkmar Stolz.

Antwort auf die Frage, ob man die Messe einstellen und zugleich die darauf gegründeten Zinsen aufgeben müsse? Eine Frage, welche bey der Abschaffung der Messe überall viel Schwierigkeit darbot.

Bey Aurifaber II. 69. b. Deutsch bey Walch XXI. 789.

Salutem. Sic occupatus sum, ut literas tuas nescio quo posuerim, et nomen tuum nescire coactus fuerim, mi Volgmar.

*) Bartholomäus Usingen (eig. Arnoldi), L.'s ehemaliger Lehrer, widersetzte sich der Reformation in Erfurt.

Idem autem scribis, an missam debeas omittere vel censum? Respondeo: optimum foret, si persuasis hominibus, censu retento, missis omnino abstineres, sicut faciunt nostri sacerdotes. Sin persuaderi nondum possunt, tutius est et censum renuntiare. Erat quidem modus, si missam faceres, ut communionem, non ut sacrificium aut bonum opus, donec infirmi erudirentur, sed hoc propter censum facere, et non mera libertate, non est consultum. Quis enim prohibeat, si quis se ipsum quotidie communicet, modo id libere, non census gratia faciat, aut ad summum, si id faciat amore servitutis, qua infirmis ad tempus cedat, sicut Capellanis nostris consului? Sed istum servitutis casum in te non video habere locum: ideo aut libere communica, aut abstine a censu et missis, sic sapias in Domino. Tu bene vale. Wittembergae, MDXXII, feria 2. post Exaudi.

Tuus Martinus Lutherus.

---

5. Junius. N°. CCCCV.

An Spalatin.

Verwendung für einen gewissen Neuendorf, und Neuigkeiten.

Bey Aurifaber II. 70. a. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 145. Deutsch bey Walch XXI. 790.

D. Georgio Spalatino, Evangelistae, suo in Christo venerabili fratri. [1])

Salutem. Petiit hic civis Neuendorf, mi Spalatine, ut tibi commendatus, per te Principi supplicationem porrigeret. Habet nescio quid causae, quam metuit per Magistratus differri usque ad abscessum Principis, quo irritum faciant ejus consilium: poteris ex ipso, si libet, audire. Eloquens et industrius vir esse videtur, et dignus, qui in statum civium provehatur, cum tot hic sint porci et talpae, non nisi ventri suo servientes.

1) Nach Cod. Jen.

Harthmuth [1]) a Cronberg nuntium apud me hic habet cum literis. Habet et Philippus ab Argentina et aliis, quas si legere voles, mittentur. Vale et ora pro me. Jacobum Priorem Antverpiensem denuo captum scribunt per Caesarem, forte quod revocarit revocationem. *) Et saevit Caesar, prohibuitque, ne nostri fratres ad Capitulum Vicarii venirent. Feria 5. post Exaudi, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

7. Junius. N°. CCCCVI.

An Spalatin.

Fürbitte für einen Fischer, der sich an der kurfürstlichen Fischerey vergriffen.

Quod si omnino retineri populus non possit ab hac defectione, sinite, quaeso, hoc impetrari, ut resistatis, et ne utraque species Sacramenti vobis damnetur. [4]) Deinde ne sanguinem innocentem Joannis Huss et Hieronymi vestri damnetis cum suis dogmatibus. Nam haec duo sedes illa blasphemiarum, ebria sancto sanguine meretrix, vehementer [5]) a vobis exiget, neque suscipiet, neque suscipere salva sua tyrannide vos poterit, nisi haec abjuraveritis. At haec abjurantes, sciant, [6]) me teste coram Deo et hominibus, Christum Dominum abjurare, et filios sese [7]) perditionis esse. Certe ego cum nostris asseremus Joannem Huss, etiam (quod Deus avertat) si tota Bohemia negarit: [8]) noster erit: quin occiditis [9]) eum, si vos repudiaveritis, qui defendistis.

Itaque vestram Excellentiam rogo jam breviter, alio tempore latius [10]) scripturus, ut consistatis [11]) in inobedientia Diaboli, [12]) in qua hactenus per multum sanguinem stetistis, [13]) et [14]) ne nostro reflorenti [15]) Evangelio tantam [16]) contumeliam inferatis. Nolite timere, si non omnia apud vos, ut esse debeant, fuerint. [17]) Si Galatae estis, erit aliquis Paulus, qui revocet vos, et sanet, quod aegrum est, modo ne in totum deficiatis, et manus impiae tyrannidi detis.

---

1) Aurif. falsch insatiabiles. 2) Viteb. Non est igitur. 3) Viteb. † remedio. 4) Viteb. et ne patiamini utranque speciem Sacramenti vobis a pestilenti sede damnari. 5) Viteb. peculiariter. 6) Viteb. † sese. 7) Viteb. — sese. 8) Viteb. etiamsi tota Bohemia, quod Deus avertat, eum negarit, tamen. 9) Viteb. eligimus. 10) Viteb. nunc brevibus rogo, alio tempore prolixius. 11) Viteb. constantes perseveretis. 12) Viteb. † et ejus vicarii. 13) Viteb. perdurastis. 14) Viteb. — et. 15) Viteb. reflorescenti. 16) Viteb. insignem. 17) Viteb. inferatis. Ne solliciti sitis, Dominus prope est. Si non omnia apud vos integra sunt, ut quidem deberent, hoc est, si etc.

Ora autem Dominum Jesum Christum, ut corda vestra illuminare et regere dignetur in omnem plenitudinem scientiae [1]) suae, qui est benedictus [2]) in saecula, Amen. Ignoscant meae temeritati Excellentiae vestrae in Christo. [3]) Wittembergae, 15. Julii, feria 3. divisionis Apostolorum, anno MDXXII.

V. Excellentiarum
servus in Christo
Martinus Lutherus.

---

15. Julius. No. CCCCXIX.

An Seb. Schlick, Graf von Passun.

Dem König Heinrich VIII. zum Trotz, der in seinem Buche gegen Luther gesagt, L. wolle zu den Böhmen fliehen, eignet L. seine Gegenschrift diesem böhmischen Herrn zu, und erklärt sich als Freund der Böhmen.

Zueignung der Schrift: Contra Henricum Regem Angliae. Witteb. 1522. 4. Viteb. II. 355. Jen. II. 516. Strobel—Ranner p. 83. In der deutschen Uebersetzung dieser Schrift ließ L. die Zueignung weg.

Wir geben den Text mit Vergleichung des ersten Druckes.

Generoso et nobili Viro, Domino Sebastino Schlik, Comiti in Passun, Domino in Elbogen etc., suo in Christo Majori, Mart. Luther Ecclesiastes Wittembergensis.

G. et pax in Chr. Tertius et amplius annus agitur, Generose Comes, quod furiosus Papistarum populus me insimulat fugae ad Bohemiam, idque mirum in modum sitit audire, scilicet homines belli, hac sola fama triumphaturi, gloriaturi et clamaturi: Vicimus, haereticus fugit ad haereticos. Sic enim vecors illa et indoctissima papistici corporis belua, postquam videt sese eruditione et veritate victam, nec posse stare totam colluviem suorum asinorum adversus unum Lutherum, torquetur et uritur, unicum hoc respiraculum suspirans, ut fugiam in

---

1) Viteb. agnitionis. 2) Viteb. † cum Patre et Sp. s. 3) Viteb. — Ignoscant etc.

Bohemiam, ut saltem opprobrio alieni nominis sese solentur, et terribiles Enim sese fingant, qui prae sua inscitia et mala conscientia nullibi audent comparere. Apparui ego jam tertio coram eis, denique Wormatiam ingressus sum, etiam cum scirem, mihi violatam esse a Caesare fidem publicam. Nam didicerunt Principes Germaniae, olim de fide laudatissimae gentis, nunc in obsequium idoli Romani nihil magis quam fidem contemnere, in perpetuam nationis ignominiam. Sic ausus est fugitivus ille et meticulosus Lutherus in gyrum dentium Behemoth insilire. At illi tremendi [1] Gigantes quid? Toto hoc triennio non est inventus unus, qui ad nos Wittembergam concederet, et coram nobis etiam staret, cum et certissimi sint de fide et tutela (nempe sub Caesaris sui praesidio acturi omnia). Adhuc audent homines effoeminati et excordes sperare triumphum mea fuga, foedissimam suam ignominiam honestaturi, qua toto orbe celebrantur, sese prae ruditate et pavore animi non audere in conspectum unius Lutheri prodire. Quid putas hae fragiles bullae facerent, si et ipsi cogerentur coram adversario Caesare et hostibus praevalentibus sistere? Scilicet in mille diverticula fugerent miseri, qui nunc in cuniculis suis sicut sorices mussitant: Lutherus meditatur fugam. Sic et Rex Angliae hoc libro multa saliva blaterat de fuga mea in Bohemiam, homo sapiens scilicet, qui credit ideo suum librum esse victoriosum et digne scriptum, si ad Bohemos Lutherus fugerit, tam vecors et muliebris est stolidi Regis invidia.

Ego vero, quamvis ardeat animus videre Bohemiam et religionem papisticis monstris tam odiosam, tamen hactenus abstinui et abstinebo, non quod opprobrium nominis metuam, quod celeberrimae nationi vilissima hominum faex, Papistae, cum summa perfidia et injuria inusserunt. Nam justissima causa Bohemi homicidas istos et Antichristos Papistas deseruerunt, postquam innocentem virum Johannem Huss ipsi septies haeretici exusserunt, et utramque speciem a Christo institutam sacrilege damnaverunt. Hae enim causae odii papistici in hanc gentem, nec aliquando purpuratae istius meretricis spurii agnoscunt ferale suum homicidium et damnati Evangelii sacrilegium, quin pergunt furorem suum tueri et opprobrium, quo

---

1) Str. falsch trementes.

ipsi coram Deo insignes sunt, alienae et innocenti nationi imponere.

Non ergo opprobrium Bohemici nominis metuo, quae gloria est coram Deo, sed quod Christus me hic posuit, ut torqueam papistica monstra, dum nihil invenire in me possunt, quod jactare vellent in suae incredibilis invidiae respiraculum. Cruciari eos vult Christus sua ipsorum invidia et dirumpi propria malitia. Expecto igitur eos hic et expectabo impotentissimam eorum invidiam, egregie irritaturus et torturus, donec vixero. Si autem me occiderint, multo maxime cruciaturus. Sic enim datus sum illis in portentum a Domino meo Christo, ut sive me vivificent, sive occidant, nihil gratiae, nihil pacis, nihil solatii habitura sit furialis eorum conscientia, ut duplici contritione conterantur, et praesentis invidiae cruce aeternam mereantur gehennae torturam. Instat enim mors Papatus abominabilis, urget eum ineluctabile suum fatum, et, ut Daniel ait, *ad finem sui venit et nemo auxiliabitur ei.* Ita concurrimus utrinque, illi extremo furore, ego summo contemtu, et vincet audacia mea in Christo novissimam illorum et jam pallentem furiam.

Aliam vero fugam in Bohemiam meditor, ne nihil veri vaticinentur sibi papistici Pythones, sed de qua majorem compunctionis spiritum sint passuri, haec est, juxta illud Mosi: *provocabo eos in non gente et in gente stulta irritabo illos.* Nam tantum meis libellis brevi propitio Christo efficiam, ut Bohemi a suo opprobrio liberi, soli autem Papistae sint nomen abominationis in orbe terrarum, ut maledictum et anathema sit, esse Papistam. Non quod omnia Bohemorum probem, cum eorum res ignorem, et sectas esse inter eos audiam, sed quod papistica turba illis comparata foetor et nausea futura sit in toto mundo, qui nihil nisi sectae sunt ipsi, adeo ut soli Franciscani inter sese ferme sex sectis scissi sint.

Haec autem ad te scribo, Heros generose, ut mihi initium hujus fugae captem apud te, qui regnas in Bohemiae initio, confinis Germaniae, ut per te tuamque ditionem procedam in totam Bohemiam. Rex laicus scripsit ad sacerrimum suum Pontificem. Ego quondam miseratione Papae clericus scribere debui ad christianissimum laicum. Audio enim te incredibili studio fervere in puram Evangelii veritatem, et abominationes et scandala Romanae pestilentiae undique e tuo dominio pro-

fligari. Macte virtute, clarissime Heros, sic abolebitur opprobrium Bohemici nominis, et redibit meretrici in sinum suum sentina illa mendaciorum et fornicationum suarum, ut revelentur pudenda ejus orbi terrarum ad sempiternam ignominiam. Hoc sit initium fugae meae. Haec spes optimi exempli, quod imitentur reliqui Bohemiae Heroes et Magistratus. Sic non modo in Bohemiam fugero, sed et habitavero in ea, etiam si hic me exusserit illaudatae meretricis furor. Invidiam tamen ejus simul et succendero et vicero in Christo. Nihil erit ei amplius prosperum: Christus sic statuit, Amen. Gratia Domini nostri J. C. servet et augeat te, optime Heros, in aeternum, Amen. Wittenb. 15. Jul. MDXXII.

---

16. Julius. N°. CCCCXX.

An Joh. Lange.

Ueber des Erfurter Predigers Forchheim Tod, und die Besetzung seiner Stelle.

Bey Aurifaber II. 86. b. Deutsch bey Walch XXI. 807.

Gratia et pax in Christo. Forchemio et faveo et invideo hunc recessum, imo vobis condoleo. Sed Christus reddit illi sua et vobis meliora, modo speretis. Impetravi a Magistro Wolfgango, *) ut a vobis electus parochiam eam in nomen suum accipiat, donec melius ordinare possitis. Bonus vir est, promtus erit servire, cedere, et servare pro voluntate vocantis per nos Dei. Interim tu cum Culsamero cura, ut populi premat is impetum et illibatum servetis Evangelii ministerium. Si veneficiis interemtus est, **) nec accusatore nec exploratore opus est: ipse Christus pro Habelo suo loquetur, et suo tempore prodet Cain justius et oportunius, quam vos possitis: patiamur ista. Caeterum credo epistolam meam vobis redditam esse fideliter. Ad blasphemos quoque unam misi, qui apud me

*) Stein, Hofprediger zu Weimar, vgl. Brief an Riedtesel vom 29. Julius, No. CCCCXXIII. **) Es war der Argwohn, scheint es, daß Forchheim vergiftet worden.

legatum habuere. Christus faciet mirabilia sua sine nobis, tantum fidamus et feramus. Saluta omnes fratres in Christo. Witembergae 16. Julii, anno MDXXII.

Martinus Lutherus.

---

26. Julius. N°. CCCCXXI.

An Spalatin.

Ueber G. Zwillings Entfernung von Altenburg; Entschuldigung der harten Schreibart, deren sich L. gegen seine Gegner bedient; Uebersendung eines Theils vom N. T., und Nachricht von der Vollendung des Ganzen.

Bey Aurifaber II. 88. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 149. Deutsch bey Walch XV. Anh. XCII.

Magistro Georgio Spalatino, Ecclesiasti et servo Christi suo in Domino. 1)

Gratia et pax in Christo. Ludovicus Ducis Poloniae a secretis, jucundissimus hospes, fuit exceptus pro nostra facultate. Gaudeo vero, Christum adhuc regnare tam multis locis: ubique sititur Evangelium, undique petuntur a nobis Evangelistae. Prorsus male factum est, quod Gabriel Altenburgio amotus est: scripsit enim secundo Wenceslaus hominem sic praedicans, ut fere non crederem, nisi tantus vir scriberet, neque enim ego ipse talem novi Gabrielem esse, qualem ille, illi et isti jactant. Tu ergo vide, quod in te fuerit, ut ministerio ejus populus ille non fraudetur. Nam Wenceslaum illic durare non praesumo.

Libellum meum Episcopos larvales invadentem *) ex proposito volui tam acrem esse, sed et in Regem Angliae nihil ero blandior. Video frustra me humiliari, cedere, obsecrare et omnia pacifica tentare: ideo cum furiosis et cornua quotidie

1) Nach Cod. Jen.

*) Wider den falsch genannten geistlichen Stand des Papsts und der Bischöfe.

magis erigentibus durior ero, et mea in ipsos exercebo cornua, irritaturus Satanam, donec effusis viribus et conatibus corruat in se ipso. Tu ergo noli timere, nec speres me illis parciturum: motus ac res novas, si passi fuerint, nobis autoribus non patientur, sed sua tyrannide sic vocantibus fatis urgente.

Exemplar Novi Testamenti hactenus ad te misi partim usque ad Lucae Evangelion et Epistolam ad Corinthios, nunc mitto reliquum: quod si ad te non pervenerint, require, ubi requirendum, aut rescribe, si amissa sunt, ne pergam et sequentes terniones perdere. Insuper aliud exemplar mitto integrum, quantum est excusum, id quod Principis nomine ab illis accepi: ita enim asservant chartas religiose, tarde procedit opus. Nam dimidium solum nunc habes, restant et alii adhuc 18 terniones. Ante Michaëlis non absolvetur, quanquam singulis diebus decies millia chartarum sub tribus prelis excudant ingenti labore et studio. Vale et ora pro me. Witembergae, Sabbatho post Jacobi, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

28. Julius. N°. CCCCXXII.

An Adam Kraft.

Adam Kraft, auch Crato und Fuldensis genannt, war Beförderer der Reformation im Hessischen, und wurde Prof. der Theol. und Superintendent zu Marburg, wo er im J. 1558 starb. Luthern und Melanchthon lernte er 1519 auf der Leipziger Disputation kennen, und letzterer besuchte ihn auf seiner Reise in seine Heimath im J. 1524 in Fulda. S. Camerar. vit. Melanchth. p. 36. u. 89. ed. Strobel. In diesem Briefe ermahnt ihn L., das in Fulda angetretene Predigtamt treu und fleißig zu verwalten.

Diesen Brief hat zuerst Walch XXI. 1360. in einer deutschen Uebersetzung geliefert; lateinisch befindet er sich in Original auf der Ulmischen Stadtbibliothek, und hieraus hat ihn Veesenmeyer in seinen Beyträgen zur Gesch. der Litt. und Reform. S. 153. mitgetheilt.

Erudito et pio Viro, D. Adam, Fuldensis Ecclesiae Evangelistae, in Christo suo fratri.

Gratia ex pax in Christo. Salutationem et precationem tuam, hoc est, humanitatem et charitatem tuam gratus et laetus

accepi, optime Adam: et quamquam nec ego, quod scriberem, haberem, hoc ipsum visum est scribere pro testimonio grati animi mei. Audio, te evangelistae officio fungi apud Fuldenses verbum Christi sitientes, quod ut feliciter procedat, te rogo, ut Christus magis ac magis feliciter in laudem gloriae suae apud vos sane floreat, et vireat ficus Domini, quanquam fructus parum adhuc profert, forte quod nondum sit tempus ficuum. Avertat Dominus maledictionem, et donet inter folia ubertatem fructuum, Amen. Esse vos in pompa reliquiarum et stare in sycomoro ista, feres ad tempus, donec Christus appropinquet et suspiciens vos descendere jubeat. Interim ne desistite velle videre Jesum, quis sit, etiam statura pusilli estis in hac urbe Gigantea et Nimrodica. Dominus Jesus augeat et servet te in extremis, Amen. Wittenbergae MDXXII. die 28. Julii.

Martin. Luther.

---

29. Julius. N⁰. CCCCXXIII.

An Johann Riedtesel, Fürstl. Sächs. Director zu Weimar.

L. bittet, daß R. sich bey Herzog Johannes wegen der Wahl Wolfgang Steins zum Pfarrer in Erfurt verwenden möge..

Eisl. I. 108. (vorher ungedruckt) Altenb. II. 206. Leipz. XXII. 546. Walch XXI. 20. Aus dem Original in den Unsch. Nachr. 1716. S. 948. wornach wir den Text liefern.

Dem Gestrengen und Festen, Herrn Johanns Riedtesel, Fürstlichem Directoren zu Weimar, meinem besonders günstigen Herrn und Freund.

Gnad und Fried in Christo, sampt mein Dienst. Gestrenger Herr und Freund! Es hat mich M. Wolfgangus, itzt bey uns, gebeten, nachdem er sich besorgt, es mocht ihm Verdacht bringen bey M. G. Herrn, Herzog Johanns rc., daß er von den zu Erfurt Pfarrer erwählt ist zu St. Michel, daß ich E. G. schreiben und ermahnen wollt, guter Mittler und Ausleger zu seyn fur meim gnädigsten

Herrn; denn das ist je wahr, daß er darnach widder gesonnen noch gedrungen hat. Nu aber die gute Leut zu Erfurt Aufruhr und Verlust zuvorkämen, und das Evangelion zu foddern, daß nicht ein Wolf nach dem verfallen Hirten eingedrungen wurd, seine Person erwählet haben, dermaßen, daß ers nur annehme und Pfarrers Namen habe, und doch daneben seyn und schaffen mag wo er will, bis Gott die Sach anders schicke: hats ihm nicht wollen gebuhren, solchen Dienst christlicher schuldiger Liebe abzuschlagen, hab ihm auch dazu gerathen; sintemal ihm selbs und meim G. H. kein Feyl noch Abbruch, und den Leutlin zu Erfurt ein großer Dienst und Hulf geschicht. Ist demnach an E. G. mein fleißig Bitt, wollte sich dieser christlicher Liebe und Dienst theilhaftig machen, und obs ihm wollt fur mein G. Herrn, (deß ich mich doch nicht versehe,) Verdacht oder Ungnade zufügen, freundlich drob seyn, daß mein G. Herr solche Unterricht empfahe, und ihm gnädiglich vergönne, solchen Dienst und Liebepflicht denen zu Erfurt in diesem nothlichen Fall zu beweisen, wo E. G. solchs bey meim G. Herrn, als hochberühmbten Liebhaber des Evangelii, leichtlich kann verschaffen. Das will ich muglich Wegs umb E. G. zu verdienen, ungespart erfunden werden. Gottes Gnade sey mit euch, Amen. Am Dienstag nach Jacobi, Anno 1522.

Martinus Luther.

---

29. Julius. N°. CCCCXXIV.

An Melanchthon.

Vorrede zu den von L. herausgegebenen Annotationes Phil. Melanchthonis in epistolas Pauli ad Romanos et Corinthios. 1522. 4. L. gibt M. zu erkennen, daß er diese Anmerkungen wegen ihrer Vortrefflichkeit eigenmächtig herausgebe, und auf seine Bedenklichkeiten keine Rücksicht nehmen könne.

Zuerst als Vorrede der Annotationes gedruckt. Ueber die verschiedenen Ausgaben und die deutsche Uebersetzung s. Walch Vorrede z. XIV. Th. S. 19. Von der Hardt Autogr. L. I. 137. 201. Olearius Autogr. L. p. 13. Lateinisch findet sich der Brief bey Aurifaber II. 87. Wir haben Cod. Gud. 214. der Wolfenb. Bibl. verglichen. Deutsch Eisl. I. 108. Altenb. II. 205. Leipz. XXII. 85. Walch XIV. 195.

Gratiam et pacem in Christo. *Irascere et noli peccare, loquere super cubile tuum,* et *sile:* ego sum, qui has tuas an-

aotationes edo, et te ipsum ad te mitto. Si tibi ipsi non pla-
ces, recte facis, satis est, dum nobis placeas. Ex tua parte
peccatum est, si quid hic peccatum est: cur non tu ipse edi-
disti? Cur toties me frustra rogare, mandare et urgere passus
es, ut ederes? Haec pro apologia mea adversus te: volo enim
uus fur esse et dici, nihil veritus tuas vel querelas vel accu-
sationes futuras. Caeterum illis, quos tu forte suspicaris na-
sum rugaturos, vel quibus tu metuis non esse satisfactum,
sic dixero: edite meliora. Ego quod impii Thomistae suo
Thomae mendaciter arrogant, scilicet neminem scripsisse
nelius in sanctum Paulum, tibi vere tribuo: nam illis Satan
lle persuasit, sic de Thoma suo gloriari, quo impia ejus
logmata et venena latius propagarent. Ego scio, quo spiritu
et judicio sic de te pronuntio. Quid ad te, si meum hoc ju-
dicium suspenderint naso viri illi famosi et gigantes? meum
est periculum. Quin amplius irritare volo nasutos istos, et
lico, Hieronymi et Origenis commentarios esse meras nugas
et ineptias, si tuis annotationibus comparentur. Quid, inquies,
attinet adeo provocare etiam summa ingenia in mei invidiam?
Esto, sis humilis, sines tamen me in te superbire. Quis pro-
hibuit summa ingenia, ne edant meliora, et mei judicii coar-
guant temeritatem? utinam essent, qui meliora possent et effi-
cerent. Denique et tibi minor adhuc furaturum me et invul-
gaturum ea etiam, quae in Genesin et Evangelion Matthaei et
Joannis meditatus es, nisi tu ipse anteverteris. Sola Scriptu-
ra, inquis, legenda est citra commentaria. Recte de Hierony-
mo et Origene et Thoma hisque similibus dicis. Commentaria
enim scripserunt, in quibus sua potius, quam Paulina aut Chri-
stiana tradiderunt: tuas annotationes nemo commentarium ap-
pellet, sed indicem duntaxat legendae Scripturae et cognos-
cendi Christi, id quod nullus hactenus praestitit commentario-
rum, qui saltem extet. Nam quod tu causeris, nec tibi ipsi
per omnia satisfactum tuis annotationibus, labor est ante me,
ut tibi credam, sed ecce credo, non satisfeceris tibi ipsi.
Neque hoc quaeritur, nec petitur abs te, quin volumus Paulo
suam quoque gloriam salvam, ne quando jactet aliquis, Phi-
lippum esse Paulo superiorem vel aequalem, sufficit tibi pro-
ximum Paulo esse. Nulli invidemus, si propior fieri poterit,
scimus te nihil esse, rursus scimus Christum omnia in omni-
bus esse, qui si per asinam suam loquatur, placebit, cur

displiceat, si per hominem loquatur? Nonne homo es? Nonne Christi es? Nonne sensus ejus in te est? Quod si tu ipse politiori oratione et copiosiore eruditione libellum hunc ornare et augere voles, gratum erit: interim etiam invito te gratum erit, nos potiri rebus et sensibus Pauli, tuo ministerio productis. Veniam non peto, si te hoc facto offendo: sed tu desine offendi, quo nos potius offendis, et venia opus habebis. Dominus autem augeat et servet te in aeternum. Witembergae, 29. Julii, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

3. August. N⁰. CCCCXXV.

An Nic. Hausmann.

H. hatte geschrieben, daß in Zwickau der Weihbischof erwartet werde, um die Firmelung zu verrichten. L. will, daß er sich diesem Unwesen widersetze, und den Weihbischof zwinge, sich aus der Schrift zu rechtfertigen.

Bey Aurifaber II. 90. b. Deutsch bey Walch XXI. 808.

Gratia et pax a Deo. Opto, mi Nicolaë, si fieri posset, ut venturum episcopale idolum vos potius de fide examinaretis, cum sint bis pueri in fide et scientia Christi infelices illi homines. Nam hoc ludibrium et mendacium sacramenti confirmationis vellem in totum populo dissuaderi, scriptum est enim: *fecerunt populum meum fidere mendaciis*. Dicant, quaeso, ubi sint illae promissiones gratiae et characteris in Scripturis proditae, quas sacrilegus Episcopus hac scelerata schedula jactat? Si non sunt proditae, quid est, ut populum sinamus mendacibus promissionibus fictisque characteribus illudi? Tuum certe erit Episcopum venturum super his rebus convenire, et ei in faciem resistere, pro populo Christi, sicut Paulus restitit Petro, et postulare, ut Scripturis probet, quae tentat. Si hoc non valet aut non poterit, tamen populum monebis, ne fidat in confirmationis istius ludicra. Ego mox tua visa schedula,

aliam hanc *) excudi jussi, contra istos gradus per scelerata monstra repertos. Vale et saluta omnes nostros in Domino, 3. Augusti, anno MDXXII.

Martinus Lutherus.

---

6. August. N⁰. CCCCXXVI.

An Nic. Hausmann.

L. empfiehlt einen aus dem Kloster getretenen Mönch.

Bey Aurifaber II. 91. Deutsch bey Walch XXI. 809.

Gratia et pax in Christo. Hunc fratrem egressum de Babylone sua et optantem, alio vitae genere sibi consuleret, tibi commendo, mi Nicolaë optime. Sic enim ex me postulavit et rogavit, quod homini non potui negare, qui et te nosse sese dicit. Itaque fac, si potes, ut aliquod opificium apud vos discat. Nam apud nos abundant tales, et quotidie plures adventant. Spero lapsurum paulatim hoc abominationis regnum istis consiliis, si nos cooperati fuerimus. Saluta Consules et Sacerdotes tuos et omnes nostros, ac vale in Domino. Witembergae, 6. Augusti, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

20. August. N⁰. CCCCXXVII.

An Spalatin.

L. ist mit der Erklärung des Gleichnisses vom ungerechten Haushalter beschäftigt, und gedenkt einige fremde Schriften herauszugeben.

Bey Aurifaber II. 69. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 150. Deutsch bey Walch XV. Anh. XC.

*) Welche Schrift ist das?

Gratia et pax in Domino. Feci huic viro, *) quod petiisti, mi Spalatine, et ut potui, sed postulavit aliquid opusculi, quod absolvere non potui: statui autem vel ad te vel ad eum mittere post eum, ita enim sum occupatus. Postillam enim super villicum iniquitatis molior, ubi adversariorum argumenta revellere opus est, quando is locus de operibus, praemio et cultu sanctorum nonnihil urget. Ubi et tuis quaestionibus simul de operibus bonis, et de juvandis mortuis agam, quod a multis quotidie petitur. Placuit Apologia Galli: si fieri potest, edetur. Quin et Carthusiensium decretum generale de licentia exeundi et relinquendae monasticae placet et edetur, ut exemplo aliquo tanti Ordinis nostrae res et decreta juventur. Memento, duplex te habere exemplar Novi Testamenti usque ad O. et F., unum pro te, alterum pro Principe. Cupimus et nos videre numisma novum Principis nostri, quod tanto plausu jactatur et suscipitur. Mitte, quaeso, ad me unum. Vale et ora pro me. Witembergae, feria 4. post Assumtionis, anno MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

28. August. N°. CCCCXXVIII.

An einen Ungenannten.

L. entschuldigt sich, daß er gegen den König von England so scharf geschrieben.

Wittenb. IX. 156. Jen. II. 148. Altenb. II. 207. Leipz. XVIII. 209. Walch XIX. 435.

Gnade und Friede in Christo. Ich hab euer Schrift, sonder guter Freund, durch den erlöseten Daniel empfangen, und bin froh, daß bey euch Gottes Wort so viel gilt, daß ihr euch umb seinen willen solcher Mühe und Fleiß unterwunden habt.

Daß ihr aber begehret Ursach, warumb ich so hort dem König von Engelland geantwort habe, damit ihr meinen Widersachern könnet begegnen, laß ich euch wissen, daß ichs gar aus wohlbedachtem

*) Es ist ein Buchhändler. S. d. Br. v. 4. Sept. No. CCCCXXIX.

Muth gethan habe, und will auch hinfürder die Lästerer und Lügenmäuler mit keiner Sänfte mehr handeln: denn mein Predigen und Schreiben ist aufs höhest und ans Ende komen. Ihr wisset, daß Christus, Petrus und Paulus auch nicht imerdar sänft gewesen sind. Wie oft nennet er die Jüden Ottergezüchte, Mörder, Teufelskinder, Narren? Und sonderlich Matth. 23, (19. 33. 37.) in seiner letzten Predigt steht, wie hart und gräulich er schilt. Stephanus Apostelg. 7, (52.) heißet sie Mörder und Verräther. Petrus Act. 8, (20.) fucht dem Simon, daß er mit seinem Gelde soll zum Teufel fahren. Mit viel andern scharfen Worten Paulus, wie schilt er so hart? Ihr heißet er sie Hunde, Teufels-Boten, Lügner, Trieger, Fälscher, Verführer, Teufelskinder; ich will hie schweigen, wie die Propheten.

Also ich auch habe nu, wie ihr wisset, manch fein Büchlin ohne alle Schärfe, freundlich und sänfte geschrieben, dazu mich aufs allerdemüthigest erboten, ihnen nachgezogen, erschienen mit vieler Kost und Mühe, und ihrer Lügen und Lästerung uber die Maßen viel ertragen. Aber je mehr ich mich gedemüthiget habe, je mehr sie toben, mich und meine Lehre lästern, bis daß sie verstockt sind, weder hören noch sehen können. Wer nu des Sinnes ist, daß er solche mein viel Geduld und Erbieten nicht auch ansiehet und veracht, was solls mich bewegen, ob er sich ärgert an meinem Schelten? sintemal er selbs damit anzeiget, daß er kein Gutes an mir kenne, sondern nur Ursach sucht zu verachten. Dieselben muß ihm denn auch begegnen, auf daß sein falsch Herz offenbar werde. Denn wer mein Lehre mit rechtem Herzen fähet, würde sich an meinem Schelten nicht ärgern.

Ists aber nicht ein verkehrt Urtheil, daß sie auch meiner Feinde Schelten und Lästern nicht sehen wollen, so sie doch dieselbigen für die besten Christen rühmen, und mich für ein Ketzer halten? Nu haben sie ja vielmehr, denn ich gescholten, auch mit großem Haufen auf mich einigen unsinnig sind. Richtet ihr selbs, was das für Herzen sind, die so viel Guts an mir lassen fahren, und nur das Harte fassen, wiederumb an jenen vielen so viel Arges lassen fahren, und so wenig Guts drinnen finden. Aber, wie ich gesaget hab, Gottes Gericht soll nur angehen, daß sich ärgern und abfallen alle, die sein nicht werth sind, gleichwie Joh. 6, (60.) viel Christus Jünger zurück sprungen, und sprachen: Die Rede ist zu hart, wer mag sie tragen?

Darumb, mein lieber Freund, laßt euchs nicht wundern, daß sich viel an meinem Schreiben ärgern. Es soll also seyn, und muß also seyn, daß gar wenig am Evangelio bleiben. Und ist das Evangelium keinem Menschen feinder, denn den falschen Herzen, die sich seine Freunde stellen, und darnach, wenns ein wenig sauer stehet, abfallen. Wie wollten die ihr Leben dabey setzen, wenn es die Stund oder Verfolgung erfoddert?

Summa, warumb ich so hart bin, soll zu seiner Zeit wohl klar werden. Wer nicht will gläuben, daß es aus gutem Herzen und wohl gethan ist, der mags lassen, er wirds doch wohl bekennen müssen dermaleins. Es hat mich wohl auch mein gnädigster Herr schriftlich, und viel andere Freunde dergleichen, ermahnet: Aber mein Antwort ist allzeit, daß ichs nicht lassen will, noch soll. Mein Handel ist nicht ein Mittelhandel, der etwas weichen oder nachgeben, oder sich unterlassen soll, wie ich Narr bisher gethan habe. Hiemit befehle ich euch Gott. Geben zu Wittemberg, am Donnerstage nach Bartholomäi. Anno 1522.

Martinus Luther.

---

4. September. N°. CCCCXXIX.

An Spalatin.

Fürbitte für einen Gefangenen; von einer von Hirschfeld überschickten Schrift, worin L. eine Beziehung auf den König von England findet. In der Nachschrift von dem Wiedertäufer Claus Stork und einige Nachrichten.

Bey Aurifaber II. 91. b. 92. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 150. Deutsch bey Walch XV. Anh. XCIII. CVI.

Erudito et pio Viro, D. Georgio Spalatino, a verbo Principis Electoris Saxonici, suo in Domino. 1)

Gratia et pax. Sciebam multos offensurum, quicquid in Regem Angliae scriberem, insulsum et virulentum Thomistam. Sed ita placuit mihi, atque adeo multis causis necessarium fuit: quod facio, nescitur modo, scietur postea.

1) Nach Cod. Jen.

. Unum modo agam, [1]) hoc est, quod scire cupio, imo rogo, ut tu facias, si quo modo apud Principem impetrari possit misello isto homini Bohemo, apud nos jam 16 hebdomades in tetro et squalido carcere captivo, ut extractus in superiori testudine vinctus ferro et catenis, ut potest, fortissime et tutissime servetur, quo in aëre et luce modica agere liceret. Miseret me hominis valde, et illi causam trahunt, ut indignissimum sit pro tam levi culpa tam atrociter cruciari. Fac ergo, si quid potes, et responde. Quaestores absque Principis jussu nihil audent nec volunt.

Caeterum Hirsfeldio gratias ago pro libello misso, qui risum multis movit nostratium. Sed Regem primum, qui cordis rubri insigne gestat, deesse deprehenderunt. Hoc ego in Regem stultum illum stulte confidentem interpretor, qui audacter me impetiit, et ecce non compar est, [2]) et redactus est in nihilum inflatura et elevatione cordis sui, juxta illud: *Dispersit superbos mente cordis sui.* Jam non est opus, ut novi numismatis mittas aliquid, Lucas unum ad me attulit dono Principis. Vale in Domino. Novum Testamentum absolvetur ad diem Matthaei. Datae die 4. Septembris, anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

[3]) Fuit apud nos princeps prophetarum Claus Stork, incedens more et habitu militum istorum quos Lanzknecht dicimus, adjuncto alio in longa tunica, et Doctore Gerardo Coloniensi. [4]) Et homo per omnia ferme dissentit Marco et Thomae, nihilque tractavit nisi de baptismo parvulorum: videturque spiritu levitatis ferri, qui nec ipse magni faciat quae sentit. Sic ludit Satan in hominibus.

Comes Georgius de Werthheim ex me petit evangelistam 100 nummis aureis ac sua mensa providendum: optimum exemplum. Gabriel nova civitate recucullatus, nunc iterum ecucullatus, Diboni agit. Philippo nata est Hanna elegans filia. Johannis Pomerani nuptiae rescissae sunt: jam ad aliam spectat. Istum sermonem curabis illi reddere viro, quem nuper mihi recommendasti: bibliopolae scilicet, qui mihi Galli Apologiam a te attulit. Nam promisi ei [5]) tuis precibus hoc donaturum. Vale.

---

1) Cod. Jen. ago. 2) Cod. Jen. comparet. 3) Dieser im Cod. Jen. stehende Zusatz ist bey Aurifaber II. 92. Walch XV. Anh. CVI. als eigner Brief befindlich. 4) Aurif. Coloniensium. 5) Cod. Jen. falsch: promisisti et.

10. September. N°. CCCCXXX.

An Spalatin.

L. tadelt Sp., daß er aus Nachgiebigkeit gegen den Hof ungerecht und hart sey gegen einen gewissen Creyz, welcher seine Pfarrey mit einer andern vertauschen wollte, um nicht Messe lesen zu müssen. (Durch ein unbegreifliches Mißverständniß hat Aurifaber dieses auf Amsdorf bezogen, als wolle dieser seine Pfarrey ändern; Sp. hatte bloß in dieser Angelegenheit an A. geschrieben.)

Bey Aurifaber II. 76. b. Deutsch bey Walch XXI. 800.

Gratia et pax in Christo. Vidi literas tuas ad Amsdorfium scriptas de sacerdotio Creytzis etc., et plane doleo, non tam illius quam tua gratia, qui sic sis aulicis affectibus imbutus et immersus, ut tam parum christiane de fratre tuo et sentias et scribas. Ais, te fore cautiorem deinceps, et nolle alienae inconstantiae misceri, et nescio quae grandia, ita ut me coëgeris haec ad te scribere fraterno certe animo: tu igitur fraterno quoque animo haec admittas, oro per Christum. Sin autem, certiorem me redde, et magis mutus ero, quam piscis.

Tu si rem recte consideres, nosti hominem non esse malum, deinde quod de mutando sacerdotio agit, nec levitate nec inconstantia ferri, sed summa necessitate et imperio (quo nullum est majus in omni creatura) conscientiae, nisi nescis, quanta tyrannide et impietate sacerdotia istiusmodi sint possessa et possidenda et quanta difficultate adeunda. Fateor, per nos antea obtinuit ignarus, quid ambiret: nunc re cognita et periculo intellecto resilit et de mutando cogitat: id quod tu summis officiis probare, laudare et commendare debuisti, et cum tanto impetu animi arguis et damnas inconstantiae, ita ut nulli serviturum deinceps promittas. Si sic sapis et doces in aula, praestaret, te mutum esse in aeternum. Hic prodit, quod in aula ista semper sum suspicatus: nunc intelligo, cur Pfaffenbecium adeo repudiavit. Sed latet ibi occultum illud malum vindictae, et ignorantia laudatissimae illius in Christo et per omnes Pauli epistolas longanimitatis, quae est tarditas ad vindictam etiam juste provocata. An vero vindictam non esse putas, si nihil inferas mali, subtrahas tamen officium fraternum, ut malum aut superare, aut prohibere non possit, quod tua opera vitare possit? Mi Spalatine, ne erres: Deus,

non irridetur, ne ab aula quidem, quantumvis egregia simulatrice. Neque enim tu tibi sic fieri velles, sicut isti facere cogitas, jamque in totam legem et charitatem peccas, in quo peccato ne te patiar perire, certe solicitudo fraterna cogit te monere. Non est bona gloriatio tua.

At castiganda est (ais) temeritas et inconstantia, ne sit occasio mali exempli. Recte: sed primum videndum, sitne temeritas vel potius pietas, quae castigetur, ne etiam occasio sit mali exempli plectendae innocentiae et pietatis. Hic autem pietas in causa est, quod missarum impietatem nec subire nec curare audeat. Jam sit temeritas, sane sic castigetur, ut sit castigata et emendata, non ut maneat incastigata, et frater deseratur in malo. Hic vero si tanta cruditate rem prosequaris, hominem non modo spoliabis sacerdotio, sed et parentibus suis summo trades periculo et extremo damno: breviter, perdidisti eum. Tu autem hanc, oro, audebis vocare castigatam temeritatem, qui doces Evangelion? Non ita de te spero. Sed esto, aliter facere non possis, sic enim aulae mos et ingenium Principis est. Audio, quid ergo facis in aula evangelista? Hoc enim agere debes verbo, ut iste mos et tale ingenium non sit, aut certe sine tua conscientia sit, hoc est, ut *impio denunties peccatum suum, et animam tuam liberes,* sicut Ezech. III. scribit. Scis, quam potentibus verbis meam acerbitatem monueritis vos aulici toties: sed nunc vide, quaeso, quid de vobis sentiendum sit, an non sit salubrius impietatem exasperare, etiam cum multorum offensione, quam palpare, ut servetur pax et tranquillitas. Quod si tam es patiens in castigandis aulae affectibus, incomparabiliter pejoribus, quam vel hujus inconstantia, nonne inique judicare deprehenderis? Neque enim spero, sic de aula vel Principis lapsu tonares, sicut de hujus inconstantia tonas. Cur ergo alius es in hunc, quam in illos? nisi quod non merita, sed personas spectas. Aut ergo et hunc ea patientia et suavitate suscipias, qua suscipis aulicos lapsus, aut scito, Christum a te esse repudiatum.

Miseros nos, qui sic nos ipsos humanis officiis et fucis fallimus, et occultam istam charitatis christianae omissionem non advertimus. Res fratrum gerimus frigide, imo impie. Cur hoc? quia sic gerimus, quasi aliena, non quasi nostra. At charitas contra aliena ut sua curat, sicut scriptum est:

Alter alterius onera portate, et iterum: *Nemo quae sua sunt, consideret, sed quae aliorum.* Castigat et charitas vitia, sed non deserit. Plane me saepius male habuit hujus aulae peculiare istud malum, quod semel offensis non nocet quidem (qua in re gloriam habet, quod non sit cruenta), sed tamen subtractione auxilii sic pertinaciter saevit, ut praestaret aliquando cruentum experire quam subtrahentem. Laudet hoc, qui volet, ego damno, ut christianae longanimitati ex diametro adversum. Vide ergo, ne dum de aliena inconstantia te evolvis, prudens (ut tu videris tibi) impliceris in alia parte alienae crudelitati imprudens (ut mihi videor.)

Utinam haec fraterno et grato animo acciperes, ut videres, quam grandis et magnifica res sit, docere impios et tractare verbum Dei, et quam pauci sint, qui hoc pure et libere tentent. Oro igitur, si potes hunc Creytz juvare, non solum non sis offensus, sed id quoque cures, ne Princeps inclementior in eum fiat. Deinde si fieri potest, ut mutet sacerdotium istud alio, in quo non sit necesse missare: sin non potes, ut tamen placatus et mitis hominem amplectaris. Fratres enim sumus et ille nihil mali fecit, sed pie et christiane cogitat facere, in quo nos debitores sumus, ut eum juvemus. Quod si tu non juvabis, ego tamen iis literis meum officium tam in te quam in illum absolvero, et conscientiam meam redemero. Tu videris, ut Christum doceas, Christum etiam in fratre agnoscas et tractes. Bene vale in Domino, qui te illustret et inflammet cognitione sui, Amen. Feria 4. post Marcelli, anno MDXXII.

Martinus Lutherus.

---

21. September. No. CCCCXXXI.

An Johann Freyherrn von Schwarzenberg.

Schw., Hofmeister des Bischofs von Bamberg, ein vielgeltender Mann und Freund der Reformation, *) hatte an L. eine Schrift geschickt und wollte darüber dessen Meinung hören: L. verweist ihn deßwegen an seine Schriften und die Bibel. Zuletzt bittet er um dessen Verwendung für den Pfarrer in Kranach, (Grau mit Namen, nachheriger Hofprediger in Weimar) der sich verehelicht hatte, beym Bischof, der ihn aber dennoch vertrieb. S. No. DLXIII. f.

Eisl. I. 113. Altenb. II. 220. Leipz. XVIII. 315. Walch XXI. 26.

*) S. Heller Reform. Gesch. des ehemal. Bisthums Bamberg (1825) S. 30 ff.

Dem Edlen und Wohlgebornen Herrn Johanns, Herrn von Schwarzenberg ꝛc. meinem gnädigen Herrn und Patron.

Gnad und Fried in Christo. Es ist, meine ich, einmal Zeit, Gnädiger Herr, daß ich mich gegen E. Gn. ein wenig erzeige auf das Buch, durch Herr Philipps von Feylitzsch mir zugeschickt. Aber furwahr, Gn. Herr, mir liegt viel auf dem Hals, wie E. G. wohl selb bedenken kann, und imer eins aufs ander kömet, und E. G. Büchlin viel Muße und Weil haben wollt, wo auf iegliches sollt geantwortet werden, würd auch allzu ein groß Buch draus. Aber weil E. G. selbs anzeigt den höhesten Artikel vom Glauben und guten Werken, daß sie mein Buchlin von guten Werken gesehen, hab ich mir daran benugen lassen, und bin gewiß, daß E. G. selbs gnugsam drauf antworten kann. Denn wer mein Buch von guten Werken und christlicher Freyheit lieset, und nichts draus geschickt wird zu rechtem Verstand des Glaubens und guter Werk, da trete ich abe, und rathe Eurer Gn. auch abzutreten; denn solchem Menschen wird man nimermehr gnug thun. Auch soll E. Gn. nicht denken, daß solche Lehre vielen wird eingehen; denn ich spüre E. G. herzliche gute Meinung, die gern wollt, daß Jedermann Gnüge, und Niemand Klage an meiner Lehre hätte: da wird nicht aus. Wenig müssen diesen Weg finden, wie Christus sagt (Luc. 13, 24. Matth. 7, 14.), ob er wol Jedermann gezeigt wird; viel aber mussen sich dran ärgern, und lästern: das muß E. G. wohl gewohnen.

Vom Sacrament anbeten und Bildniß zu haben hat E. G. meine Meinung troffen. Ob aber Doct. Andreas, oder sonst Jemand anders hält, die laß ich ihres Sinnes walten. Von weltlichem Schwert, wie das mit dem Evangelio ubereinkäme, will ich schier durch ein Büchlin sonderlich aus lassen gehen, der ichs mit E. Gn. in dem Stück gar nicht halte. Von Heiligen zu ehren, hab ich ein Epistel an die von Erfurt geschrieben, hoff E. G. hab sie gelesen; will schier was mehr sehen lassen. Ich hab mir gedacht, in euer Büchlin kürzlich an den Rand zu verzeichen meine Meinung, oder ein Blättlin drein setzen, und Ewr. Gn. wiederschicken, wo ich mir einmal so viel Weil nehmen kann. Denn ich hoff, daß aus vorigen und itzigen meinen Büchlin, sonderlichen aus dem Neuen Testament, neulich verdeutscht, E. G. gnugsamlich aufs mehrer Theil dieser Artikel sich selb entrichten kann.

Ich hab auch ein kleines Gebet an E. Gn. zu thun, aus christlicher Lieb und pflichtigem Dienst: bitt, E. Gn. wolle mich gnädiglich

drinnen dulden. Der Pfarrherr von Kranach hat ein Eheweib genomen. Wiewohl das nu fast ärgerlich; weil es aber christlich ist, und ihm vonnöthen gewesen, kann ich der Unchristen Aergerniß und der Schwachgläubigen Mißfall nicht rechtfertigen, und sein Thun tadeln. Er hat mich aber gebeten, gegen E. G. für ihn zu bitten, daß es Ew. Gn. meinem gnädigen Herrn von Bamberg wolle christlicher Meinung fürtragen und fürbitten, daß Sein Fürstl. Gn., ob sie je nicht wollt drein bewilligen und sein Thun bestätigen aus irgend einer Ursach, daß sie doch auch nicht dawider sich setzen, und den armen Mann zu vertreiben oder verderben fürnehme. Ich höre sagen Se. F. G. ein feinen vernünftigen Mann seyn, bey welchem leichtlich zu handeln sey, was christlich und recht ist, dazu auch gelehrte Leut lieb habe. Nu kann je Seine Fürstl. Gn. dieser Sachen nicht widerstreben, sie muß auch wider Gott streben, der durch Sanct Paulum in der 1 zum Timotheo am vierten, v. 3. so offentlich den Ehestand frey gelassen, und die Verbieter verdamet hat. Wo es nu E. Gn. nicht zu schwer wäre, bitte ich gar unterthänig, sie wolle hierin ein christlich Werk uben und helfen, daß die gräuliche Sünde der Unkeuschheit unter der Priesterschaft weniger werde. E. G. siehet, daß sie freylich hieran ein köstlich Werk thät, und ohn Zweifel auch Gott von ihr foddert, wo sie es thun kann. Wer weiß, warumb Gott E. G. solchen hohen Verstand geben, und dazu an den Ort verfügt hat, da sie es so mit großem vielem Nutz brauchen und anlegen kann? Furwahr es ist nicht zu verachten, solche große elende Noth der Gewissen so vieler Priester, die mit dieser Sünden ohn ihre Schuld durch Menschengesetz so erbärmlich verstrickt und erwürget werden täglich. Das wollt E. G. umb Gotts willen beherzigen, und mei'm gnädigen Herrn ins Herz helfen treiben: es ist noth und köstlich für Gott. Dazu helf und behüt E. G. Christus unser Heiland, Amen. Zu Wittemberg am Sonntag nach Lamperti, Anno 1522.

Eurer Gnaden

Diener

Martinus Luther.

23. September. No. CCCCXXXII.

An Nic. Hausmann.

L. empfiehlt H. einen jungen Menschen, ihm in einer Fabrik zu Zwickau Arbeit zu verschaffen.

„Aus der Hahnischen Sammlung zu Kiel" bey Schütze II. 46. Bey Strobel-Ranner p. 88. ohne Angabe der Quelle. Deutsch bey Walch XXI. 1361.

Suo in Domino charissimo Domino, Nic. Hausmanno, Pastori Cignensis populi fidelissimo.

G. et P. in Domino. Rogavit me hic adolescens bonae spei et indolis, quod juxta Evangelium suis laboribus panem manducare statuit, ut eum vestris lanificis et textoribus commendarem. Cum autem ego sim ignotus illis, oro, ut te patiaris onerari hoc officio, si commode [1]) praestare possis, ut tuis precibus alicui opificum tradatur erudiendus. Nolo enim te gravari, si non facile potes, sicut nec ipsi obsequium harum literarum negare non potui. Caetera omnia sunt salva in Domino, sicut hactenus. Saluta Dominos Consules et omnes nostros, ac ora pro me, sicut facis. Vale in Domino. Witteberg. fer. 3. post Matthaei [2]) MDXXII.

T. Mart. Lutherus.

N. S. bey Walch: Leonh. Fink heißet dieser Jüngling, der von ehrlichen Eltern geboren ist, die ihn aber lieber zu gottlosen Unflätbereien angeführt sähen.

---

25. September. No. CCCCXXXIII.

An Spalatin.

L. überschickt ein Buch für seinen Wirth in Wartburg, und wünscht, daß der Kurfürst seinetwegen ruhig seyn und ihn den Kampf führen lassen möge.

Bey Aurifaber II. 92. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 151. Deutsch bey Walch XV. Anh. XXVIII.

---

1) Str. + quidem. 2) Str. Martini (18. November).

D. Georgio Spalatino, Evangelistae aulico et principali Saxoniae. 1)

Gratia et pax. Hoc exemplar rogo mittere velis ad Joannem illum in regno volucrum, meum hospitem, quem nosti, donec plura habuero. Nam hac vice offensus sum Lottherano foro, necdum reconciliatus aut placatus. Caeterum quae noster Wenceslaus hic scribit, vides. Valde vellem Principem nostrum sua curare, et me sinere cum Satana squamisque suis agere, sicut et antea scripsi: coelum non ruet, si id non credit, ego tamen credo et certus sum. Quanquam quid verbis laboro? quis non videt praesente opere Dei hactenus omnium minas versas in ludibrium? Qui fecit sic, faciet sic in finem. Nullius nisi meo periculo ista res geritur, et geretur. Vale et ora pro me. Saluta nostros. Hac hora proficiscor ad Leysnick, saepius isthuc vocatus et rogatus. Feria 5. post Mauritii, anno MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

4. October. N°. CCCCXXXIV.

An Spalatin.

L. antwortet auf biblische Fragen, empfiehlt Jemanden, und bittet um Wildpret für die Hochzeit Bugenhagens.

Bey Aurifaber II. 93. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 152. Deutsch bey Walch XXI. 810.

Suo in Domino Magistro, Georgio Spalatino, aulico Theologo in Christo. 2)

Gratia et pax. Literas tuas inveni, domum reversus, mi Spalatine, sed canicula in mensa momorderat eas, ut locum illum de haereditate Domini non potuerim legere. Alter autem locus de regno et justitia Dei sic habet: regnum Dei est ecclesia Christi, quae verbo Dei regitur: Rom. XIV.: *Regnum Dei*

---

1) Nach Cod. Jen. 2) Nach Cod. Jen. Aurif. G. Spalat. aul. Th. in Chr.

pax, justitia et *gaudium in Spiritu sancto:* Lucae XVII.: *Regnum Dei intra vos est.* Justitia Dei est fides, sicut nosti ex Rom. XI.: Graece enim clare legitur βασιλεία θεῦ καὶ δικαιοσύνη αὐτοῦ, Dei. Igitur primum quaeritur regnum Dei etc. [1] Ante omnia curatur docendo, audiendo, meditando Evangelio; ut multum lateque propagetur fides et cognitio Dei: tum temporalia adjiciuntur, quia mercenarius dignus est mercede sua.

Caeterum hunc virum tibi commendo, ut si quid potes, eum audias et juves, videtur enim mihi pauper et inops.

Johannes Pomeranus f. 2. post Dionysii nuptias habebit. Petimus ergo te diligenter, et tu diligenter intercedas, quo ferina aliqua honoretur, tum propter ipsum, qui per sese dignus est, tum propter nos ejus hospites, qui an digni simus, tuum esto judicium. Age ergo, ut intelligamus valere nos aliquid in aula petendo in spem futuram aliorum. Nam de lectionibus statim alias plura. Scis enim tu ipse, quod alienus et pauper sit, ideo auctiore dono honorandus, qui in futurum copiose sit illud promeriturus. Vale. Witembergae, Sabbatho post Michaëlis, anno MDXXII.

Martinus Lutherus.

---

13. October. N⁰. CCCCXXXV.

An Spalatin.

L. empfiehlt einen hülfsbedürftigen Anhänger des Evangeliums, und dankt für übersandte Geschenke.

Bey Aurifaber II. 93. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 152. Deutsch bey Walch XXI. 812.

Suo in Domino Georgio Spalatino. [2]

Gratia et pax. Non potui nec volui huic viro negare literas commendatitias, mi Spalatine: vir bonus est et Evangelii gratia periclitatur, itaque et audies eum, et dignum judicabis cui adsis, si potes: potes autem facile. Vale in Domino. Occu-

---

1) Cod. Jen. + scilicet. 2) Nach Cod. Jen.

patus et festinus, tuis literis de Psalmo XLIII. alias satisfaciam, vel Joannis Pomerani glossam mittam: nam de haereditate Domini recte sentis. Aureum nummum accepi gratus, et gratias ago pro ipso, tum pro ferina missa. Secretum erit, scimus et antea hanc silendi causam: tu miseris, non Princeps. Vale. Witembergae, feria 2. post Dionysii MDXXII.

Martinus Lutherus.

---

3. November. N°. CCCCXXXVI.

An Spalatin.

Von L.'s zu Weimar und Erfurt gehaltenen Predigten, und dem Druck der einen (die ich nicht unter L.'s Werken finde); von der Uebersetzung des A. T., von welcher die BB. Moses zu Anfang des neuen Jahres erscheinen sollen.

Bey Aurifaber II. 94. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 176. Deutsch bey Walch XV. Anh. XCIV.

Ven. in D. Georgio Spalatino etc. 1)

Gratia et pax. De sermonibus Vinariae et Erfurdiae habitis nihil habeo neque opus est: omnia ante nosti et habes, cum nihil quam fidem et charitatem ubique docuerim, nisi Vinariae semel de regno Dei et potestate saeculari dixi, quod rogatus sum edere, alioqui jam diu edendi cupidus et studiosus ejusdem: exibit autem sub nomine Principis Joannis senioris statim.

Locus Hoseae II.: *sponsabo te mihi* etc. nihil aliud vult, quam fore, ut non operibus, sed fide miserentis, miserantis, ignoscentis, justificantis Dei sponsae fieremus sub Christi regno per Evangelion.

De Sengmanno 2) et Pomerano faciemus, quae fieri oportet.

In vertendo veteri Testamento sum modo in Levitico: incredibile est enim, quam me hactenus literae, negotia, societates et multa alia impediverint. Sed jam statui domi me claudere et festinare, ut ad Januarium Moses sub prelum mittatur.

---

1) Nach Cod. Jen. 2) Cod. Jen. Stagmanno.

Nam hunc seorsim edemus, deinde Historias, ultimo Prophetas. Sic enim partiri et paulatim emittere cogit ratio magnitudinis et pretii librorum. Vale in Domino et ora pro me. Witembergae, MDXXII, feria 2. post Omnium Sanctorum.

Martinus Lutherus.

Im November. (?) — N⁰. CCCCXXXVII.

An Joh. Lange.

Ueber Usingens Feindschaft, und L.'s Heftigkeit gegen Heinrich VIII.

Bey Aurifaber II. 94. b. Deutsch bey Walch XIX. Anh. I.

Salutem. Unsingen *) insanire lubens audio, ut nota fiat eorum insipientia, juxta Paulum. Libellus meus adversus Henricum Angliae offendit plurimos, id quod volui. Nam deinceps modestia posita, qua frustra sum hactenus usus, increpationibus utar in deploratam duritiem eorum. Praepositus ad vos venit Jonas noster: tu vide, ut tutus et consolatus apud vos sit. Nihil hic novi habemus, bene vale. Raptim. Anno MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

---

11. od. 12. November. — N⁰. CCCCXXXVIII.

An Spalatin.

Empfehlung eines gewesenen Mönchs.

Bey Buddeus p. 19. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 242. Deutsch bey Walch XXI. 813.

Suo in Domino M. Georgio Spalatino, evangelicae veritatis ministro fideli.

Gratia et pax. Mauritius hic Pfleumner mihi ab Altenburgensi Senatu mire commendatus, rogavit ut tibi sese commen-

*) Vielleicht eines Wortspiels (mit Unsinn) wegen oder Schreibfehler, statt Usingen, der bekannte Gegner L.'s zu Erfurt.

darem, quo per te ad Principem pertingere possit sua supplicatio: id quod negare homini non potui, qui per sese mihi satis boni ingenii et indolis esse videtur. Juvabis ergo, oro, ut potes. Desertor est impietatis cucullinae, et ad Evangelium spirat. Vale in Domino. Wittembergae, die S. Martini, MDXXII.

Martinus Luther.

---

15. November. N°. CCCCXXXIX.

An Spalatin.

Empfehlung zweyer Bittschriften; Auftrag, zwey Bücher nach Wartburg zu senden.

Bey Buddeus p. 69. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 153. Deutsch bey Walch XXI. 813.

Suo in Domino Georgio Spalatino, servo Dei in Christo.

Gratia et pax in Christo. Has duas supplicationes reddi cura illustrissimo Principi, mi Spalatine, et quantum potes, fac maturari exsecutionem. Pauper est et misera muliercula praeter hanc illusionem insignem. Oro, ut et ad hospitem meum hos libellos de votis mitti cures nomine meo, si potes. Vale et ora pro me. Sabbato post Martini, MDXXII.

Mart. Luther.

---

21. November. N⁰. CCCCXL.

An Henning Teppen, Geistlichen in Goslar.

H. T. hatte von L. Trost verlangt, und wird von ihm an die heilige Schrift verwiesen.

Bey Aurifaber II. 94. b. Deutsch bey Walch XXI. 814.

Gratia et pax. Et tu fortior es per gratiam Dei, mi Henninge, quam ut mea egeas consolatione, quantum ex tuis literis intelligo

eruditionem tuam in sacris literis, et ego occupatior sum, quam ut longis et multis tecum agere possim. Habes Apostolum tibi monstrantem hortum seu paradisum illum consolationis plenum, ubi dicit: *Quaecunque praescripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.* Hic Scripturis sanctis tribuit consolandi officium, et quis audeat aliunde petere aut alibi quaerere? Porro quod optas meam orationem, libens facio quantum possum: sum autem ipse peccator, variis egens, et aliorum orationibus magis juvandus, quam ulli alii. Confortet ergo te Dominus Jesus, et perficiat, aut si ita placet, tete liberet ab hoc malo, sic tamen ut non inducat in priorem tentationem, quo sanctificetur nomen ejus benedictum in saecula, Amen. Vale in Christo, et ora pro me quoque. Witembergae, die 21. Novemb., anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

12. December. N°. CCCCXLI.

An Johann Heinrich, Grafen von Schwarzburg.

Gutachten L.'s, ob und wie den Mönchen Pfarreyen, welche sie verwalten, zu nehmen und mit evangelischen Lehrern zu bestellen seyen.

Zuerst ex Copial. Archiv. Vinar. im Supplem. der Leipz. Ausg. S. 31. und daraus bey Walch XXI. 29. Wir haben im Weim. Archiv nichts davon finden können.

Dem Edlen und Wohlgebornen Herrn, Herrn Johanns Heinrich, Comes de Grubzrawhs (Schwarzburg) ꝛc. meinem gnädigen Herrn.

Gnade und Friede in Christo. E. G. Schrift, Gn. Herr, samt E. G. Vater mit eingelegten Briefen habe ich unterthäniglich empfangen durch Herrn Anshelm von Tettau, Ritter, und vernommen. Nun weiß E. G., daß Gott geboten hat vielmal, daß man kein Urtheil stellen noch schließen soll auf eines Parts Anklage, das andere Theil werde denn auch verhört, wie gerecht oder ungerecht immer eine Part sey. Derohalben ich auch hierinnen der Mönche halben

nicht endlich rathen noch schließen kann. Denn daß man sie unberufen und unverhört verjagen sollte, will sich nicht leiden, wie der Herr Adam, Cain und die Babylonier nicht richten wollte, er rufet ihnen denn zuvor und höret sie. Mein Rath ist aber der, dieweil E. G. Vater den Mönchen die Pfarre übergeben hat, mit dem Bedinge, daß sie ihre Observanz halten sollen, und zuvor für allen Dingen das Evangelium zu predigen, daß dieselben E. G. vor sich bescheide und berufe, und im Beywesen etlicher verständiger Leute ihnen solches vorhalte und sie beschuldige, darnach ihre Antwort darauf höre. Findet sichs öffentlich also, daß es ist, wie sie beschuldiget sind, so hat E. G. Macht und Recht, ja ist auch schuldig, ihnen die Pfarre zu nehmen, und dieselbe mit einem frommen, gelehrten Manne zu bestellen, der das Volk recht lehre; denn es ist nicht Unrecht, ja das höchste Recht, daß man den Wolf aus dem Schafstalle jage, und nicht ansehe, ob seinem Bauche damit Abbruch geschehe. Es ist keinem Prediger darum Gut und Zinse geben, daß er Schaden, sondern Frommen schaffen solle. Schaffet er nicht Frommen, so sind die Güter schon nimmer sein. Das ist meine kurze Antwort auf diese Frage; begibt sich die Sache weiter nach diesem Anfang, will ich gerne weiter dienen, womit ich vermag. Hiemit befehl ich E. G. in Gottes Hulden, der gebe E. G. Geist und Stärke, hierinnen göttlich zu fahren, Amen. Am Freytage nach St. Nicolai in Wittenberg 1522.

E. G.

Diener

Mart. Luther.

---

12. December. N°. CCCCXLII.

An Wolfgang Stein, Hofprediger in Weimar.

L. widerlegt die Gründe der Weimarischen Franciskaner für das Meßopfer, worüber St. mit ihnen im Streit war (S. das Schreiben derselben an den Kurfürsten, bey Walch XVIII. 1738.). Die Uebersetzung der BB. Mose ist bald fertig.

Bey Aurifaber II. 95. Deutsch bey Walch XVIII. 1742.

Gratia et pax. Nihil neque stultius neque insanius in tota vita vidi, quam has minoriticissimas ineptias, ita ut nihil nostro

opus habeas auxilio ad eas confutandas: tamen ne nihil tibi respondeam, volo verba et tempus perdere.

Ad unum tuum articulum, scilicet nihil esse addendum verbis Dei, ideo missam non esse sacrificium dicendam absque verbo Dei, illi tres opponunt, qui tamen non nisi unus sunt, scilicet Ecclesiam sic sentire, ergo sic sentiendum. Tamen videamus per ordinem.

Primo quando dicunt, te aliquid addere verbis Dei, dum dicis, missam non esse sacrificium, cum Scriptura non dicat non esse sacrificium, non vident stultissimi homines, quod exigunt negativam probari, cum etiam in rebus mundi juristae dicant: negativa non probatur. Sufficit ergo christiano ad confutandum errorem quemlibet dicere: Scriptura non habet. Qui vero affirmativam habet, tenetur probare: qui asserit, demonstret, aut ipsa negatione contraria victus est. Tu autem negas, et illi affirmant, missam esse sacrificium, ideo non tu, sed illi debent probare Scripturis suam sententiam. Alioqui si hoc non servaretur, vide, quae monstra sequerentur, scilicet Hieroboam potuisset dicere sanctis Prophetis negantibus suos vitulos: vos non potestis ostendere, vitulos istos non esse in Scripturis, ergo non sunt damnandi. Sic Achab, sic Achas, et omnes potuissent dicere, cum nihil eorum, quae faciebant, esset nominatum in Scripturis, et per hoc solum damnabantur, quod non essent in Scripturis. Sic stulti isti fratres gloriantur non esse in Scripturis, missam non esse sacrificium, cum haec propria confessio sit eorum confusio et convictio, quod asserunt tale, quod nec affirmative nec negative in Scripturis est, et ita vere addunt verbis Dei. Qui vero negat, nihil addit, sed negantem Scripturam adducit tantum. Hoc solo probatur abunde negativa, quia Scriptura negat dicens: nihil addas. Item, si negativa probari deberet ad Jeremiam VII., cum Dominus per eum dixit: *Non praecepi, non cogitavi, non ascendit super cor*, ubi solum negando damnavit et dicit, additum esse ultra sua praecepta: potuissent Judaei dicere: sed non probas, quod non sit praeceptum, quia nihil de nostro facto dicitur. Quare non est damnandum, cum impios ideo damnet, quod nihil de eorum facto probari posset. Ita et in istos stultos suis verbis arguas, quod ideo damnandi sunt, quod sua nec negative, ne affirmative in Sacris habentur. Wenn weder Nein noch Ja da ist, so ist nichts da, so ist auch nichts

davon zuhalten. Dieweil sie nu das Nein bekennen, so sollen sie das Ja beweisen, wollen sie etwas da haben. Sic posset dici juxta eorum stultitiam secundum Hieronymum dicentem (ad) Matthaei XXIII, (35): „Hoc de Scripturis autoritatem non habet, ideo ea facilitate contemnitur, qua probatur:" quia sufficit, quod non habeat autoritatem Scripturarum in contrarium, ergo est asserendum. Quid, obsecro, tunc non potest asseri, quando hoc satis est dicere in fidei articulis: non est in Scripturis oppositum exemplum particulariter, cum Dominus velit omnia certo suo verbo firmari nobis, et sine verbo suo nihil? Ad mores politicos bene admittitur ista ratio, sed non ad articulos fidei. Sic bene fertur Caesaris nostri et Principum potentia, etiam si Scriptura de ipso et nobis nihil dicat. Non sic in articulis fidei, ubi affirmativa probanda est, ut neque ad dextram neque ad sinistram declinetur. Summa, sic omnes fratres frustra docuissent, quando omnia per Scripturas noluissent probari. Sicut Augustinus dicit ad Hieronymum Epist. VIII: „Solis eis libris, qui canonici appellantur, hunc honorem tribuo, ut nullum scriptorem eorum errasse firmissime credam: caeteros vero non ita lego, quantalibet doctrina vel sanctitate praepolleant, ut ideo verum esse credam, quia sic illi senserunt, sed si mihi per Scripturas, aut probabili ratione persuaderi potuerunt," etc. Imo, dicerent Minoritae: credes ideo, quia non probant tibi per Scripturas aut rationes: sufficit, quod non habent neque pro neque contra. *) Quid putas tunc Augustinum responsurum? Summa, urge eos per hoc: negativa non probatur, affirmativa debet probari, et postula Scripturas, quas nondum adduxerunt, aut eos damna, sicut coepisti per illud: nihil est asserendum etc.

Ad secundum quod Ecclesia sit audienda, de hoc non est quaestio: sed an illa sit Ecclesia, quam illi vocant Episcopos et Patres: hoc nega et exige probationem.

Ecclesia est solum illa, quae verbum Dei habet et docet, et nihil addit. Joan. X: *Oves meae vocem meam audiunt, alienum autem non audiunt, sed fugiunt ab eo.* Haec

---

*) Walchs Uebersetzung von Imo an, ist falsch: Ja die Minoriten mögen hier sagen, was sie wollen. Glaubet demnach (Anrede an St.) daß, weil sie euch ihren Satz weder aus der Schrift, noch mit Gründen beweisen, es genug seye, daß sie gar nichts weder vor sich noch wider euch anführen können.

Ecclesia est audienda [1]) sola. 1. Corinth. XIV: *Si sedenti revelatum fuerit* etc. Illi autem, quos Minoritae allegant, aut fuerunt impii, sicut adhuc sunt, aut si Sanctos allegant, debent primum probare, Sanctos non errasse in tali puncto, cum alias saepe errarint. Summa, cum Augustino supra dicto, nulli sunt audiendi, nisi canonicis libris sua probent, quantumlibet sancti aut eruditi sint. Quod etiam Paulus dicit: *Nemo glorietur in hominibus*. Nam si satis est illorum Ecclesiam sic sensisse hactenus et docuisse, tunc etiam scortandum et rapiendum et impie agendum est, quia major pars istius eorum Ecclesiae fuit impia et peccatrix pessima semper. Ideo sine verbis Dei nec Ecclesia est, nec Ecclesiae creditur.

Tertium per se ruit, quod dicunt, tete addere verbis Dei, quia negas Ecclesiam illorum: stulta scilicet haec et hominum nescientium quid dicant ipsi, cum non sit hoc addere, si quis aliquid assertum ab illa Ecclesia neget, sed potius diminuere. Igitur donec probent, suam Ecclesiam Ecclesiam esse, et suae Ecclesiae verbum Dei verbum esse, nihil faciunt, affirmativam non affirmant, et stat sua negativa.

Quod autem allegant, sacrificium hoc esse pro memoria Christi institutum, et ruituram memoriam passionis ejus, si missae cessent, et alia: scimus missam esse memoriam passionis, sed quae per verbum Evangelii servetur apud homines. Quid hoc ad sacrificium probandum? ipsi potius memoriam passionis extinxerunt, dum sacrificium ex ea fecerunt, et Evangelium tacuerunt.

Quod vero triumphant illo loco Psalm. CXI (CX): *tu es Sacerdos in aeternum*, et Genes. XIII: *erat Sacerdos Dei altissimi, et vinum ac panem obtulit*, et in Malachia: *in omni loco offertur oblatio munda*, quod hic missa sit significata, asinissimorum Minoritarum est. Primum [2]) Epistola ad Hebraeos satis exponit illum Psalmi locum, et Genes. XIII.*) quid sacrificium nostri Melchisedech fuerit, suum proprium locum habet per totam Epistolam: deinde figura nihil probat, etiamsi ille panem et vinum obtulisset. Nunc autem nec figura

1) Aurif. audiendam. 2) Aurif. Prima.

*) Es ist 1 Mos. 14.

ibi est, nam in Hebraeo dicitur: *et protulit panem et vinum*, id est, trug Brod und Wein auf, ad cibandum Abraham et milites ejus de caede reversos: nihil de sacrificio ibi una syllaba memoratur.

Illa autem oblatio munda apud Malachiam est sacrificium corporis nostri, de quo Rom. XII. 1. Pet. II. et sacrificium laudis Psalm. L. et Hebr. XIII. et alias. Nec possunt ipsi probare, quod Malachias de sacrificio missae loquatur, sicut nec Genes. XIII. aut Psalm. CXI., sed ipsi somniant, et suo invento Scripturas aptant. Sicut ergo tu pro tuo sacrificio affers Scripturam Rom. XII. 1. Pet. II., sic urge, ut et ipsi similiter claram probationem de suo missali sacrificio afferant. Sed non poterunt: stat ergo tua negativa, et corruit eorum affirmativa.

Ecce, istis nihil fuit opus tibi, cum tu ipse ea omnia possis dicere, nunc ergo redige in formam tentationum, et oppone sacrilegis istis et amentibus hominibus.

Hac hebdomada finiam Mosen transferendo, tamen tuo obsequio et Principis sermonem digeram. Commenda me illustr. Principibus, ac ora pro me. Salutat te Philippus, mire ridiculos istos cucullatos cum sua negativa probanda miratus. Vale. Witembergae, MDXXII. feria quinta post Nicolai, festinanter.

T. Martinus Lutherus.

Vor dem 20. December, vielleicht am 12.*) N°. CCCCXLIII.

An Spalatin.

Ueber einen gewissen Serranus, oder Franz Lambert, einen vertriebenen Minoriten (vgl. Br. v. 23. Jan. 1523), der von Eisenach nach Wittenberg kommen wollte. Dem Herrn von Schwarzenbrg kann und will L. nicht auf alle vorgelegten Fragen antworten. In der Nachschrift fragt er wegen gewisser Thier-Namen zum Behuf seiner Uebersetzung des A. T.

Bey Aurifaber II. 170. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 159. Deutsch bey Walch XV. Anh. XCVI.

---

*) In dieses Jahr muß der Brief gehören wegen der Beziehungen auf vorhergehende Briefe, und weil ihn der folg. v. 20. Dec. voraussetzt. Aurif. hat ihn unter dem Jahr 1522.

Manibus sui in Domino Georgii Spalatini, aulico Concionatori Lochae. [1])

Gratia et pax. Johannes Serranus bonus esse videtur, sed non est opus meo consilio: ipse forte Principis ingenium et mores nescit, ideo mihi videtur esse sinendus in Isenaco aut ubi potest, ut doceat, quos habere poterit. Neque enim fide danda illi opus est, sicut nec vobis,[2]) quam publicam vocant: Deus defendat, sicut et nos, modo non fugetur aut repellatur.

Domino de Schwartzenberg [3]) non est, quod possim per singula respondere. *) Ingens est liber, sicut et ipsi et Philippo de Feilitz antea scripsi: tum jam antea magna pars quaestionum ejus editis interim libris dissoluta est. Sola superest quaestio de potestate gladii, quam finito Mose, sermone expediam, si Christus volet. Interim Comitibus Schwartzenbergensibus [4]) quod respondeo, **) tu ad Anshelmum de Tettau mittes. Vale.

Obsecro, ut operam tuam nobis commodes, et bestias istas describas et nomines per species suas.

Ex avibus rapacibus.		*Ex ferinis venaticis.*	*Ex reptilibus.*
Weih	Et si qua sunt ejus generis.	Capreas	An Stellio recte dicatur
Geyer		Gemsen	Ein Molk
Habicht		Steinbock	Lacerta
Sperber		Waldbock seu	Limara
Sprinz		silvestris hircus	Ein Unke

Apud Hebraeos et Latinos et Graecos sunt haec omnia confusissima, sicut ex generibus et speciebus animalium nos oporteat divinare: ideo vellem omnium rapacium avium, omnium venaticarum ferarum, omnium venenatorum reptilium nomina, species, naturam nosse vernacula, si possem. Et ut significem, quae ex reptilibus venenatis habeam, haec sunt.

1) Nach Cod. Jen. 2) Cod. J. nobis. 3) Cod. J. Schwarzburg, Verwechslung mit dem Folgenden. 4) Cod. J. Schwarzburgensibus, richtiger.

*) Vgl. Br. v. 17. Sept. No. CCCCXXXI.
**) D. Br. v. 12. Dec. No. CCCCXLII.

Wiesel Maus Kröte Unke Molch Eidechs Schneck Maulworf	hunc noster	Crocodylon Mygalon Chamaeleon	vocat, inter reptilia numerans satis impudenter Levit. XI.

Jam tot noctuarum nomina sunt	Eule Nachtrabe Uhu Stockeule Käuzle

Ex feris habeo.	*Ex avibus habeo.*	
Hirs Rehe Gemps, noster Bubulum facit	Geyer Weih Habicht Sperber	quanquam faciem non bene novi distincte.

Nam quid somniet [1]) esse inter ferinas belluas [2])	Tragelaphum Pygargum Orygem [3]) Camelopardum	nescio

Atque utinam tu tibi hanc partem desumeres, Biblia proposita Hebraea, et excussis omnibus diligenter, hic aliquid certi curares educere. Mihi non tantum vacat. Vale et ora pro me.

T. Martinus Lutherus.

1) Cod. J. somniat. 2) Cod. J. vescuas. 3) Aurif. Orygene.

19. December. N⁰. CCCCXLIV.

An Wenc. Link.

Allerley Nachrichten: von Heinrichs von Zütphen Befreyung und der Aufnahme, welche das Evangelium in Nord-Deutschland findet; (dazwischen eine Bemerkung, die Uebersetzung des A. T. betreffend;) von der entschlossenen Antwort, welche der Großmeister in Preußen dem päpstlichen Legaten gegeben; von der schlechten Aufführung eines Mönchs in Wittenberg; endlich von der Uebersetzung des A. u. N. T.

Bey Aurifaber II. 98. Deutsch bey Walch XV. Anh. XCV.

Gratia et pax. Mitto canem promissum, ut superetur sceptrum exactoris mei, sed opus est, ut pectine quotidie vel altero die mundes eum. Literas Staupitii non intelligo, nisi quod spiritu inanissimas video, ac non, ut solebat, scribit, Dominus revocet eum.

Quae Antverpiae gesta sunt, credo te nosse, quomodo mulieres vi Henricum liberarint. Monasterio expulsi fratres, alii aliis locis captivi, alii negato Christo dimissi, alii adhuc stant fortes, qui autem filii civitatis sunt, in domum Beghardorum sunt detrusi: vendita omnia vasa monasterii, et ecclesia cum monasterio clausa et obstructa, tandem demolienda. Sacramentum cum pompa in ecclesiam beatae Virginis translatum, tanquam e loco haeretico, susceptum honorifice a Domina Margareta: cives aliquot et mulieres vexatae et punitae. Ipse Henricus ad nos ascensurus Bremam pervenit, ubi moratus et rogatus a populo verbum docet, jubente Senatu, invito Episcopo. Miro desiderio et voto populus afficitur, denique nuper ad nos proprium bibliopolam aliqui instituerunt, qui ad eos ferat libros ex Witemberga. Ipse Henricus a te postulavit literas obedientiales, sed non poteramus attingere te tam brevi. Ideo dedimus nos ei sub tuo nomine, sigillo Prioris nostri: tu, si voles, poteris confirmare nostrum factum. Hamburgenses quoque verbum Dei quaerunt, expulso Officiali cum suis, qui id prohibere tentarat: et Frisia quoque petit ministros verbi. Sic apud gentes Christus quaeritur, apud nos Judaeos condemnatur. Franciscus Sickingen Palatino bellum indixit, res pessima futura est. Dux Georgius agit, sicut dignum est sua et amentia et stultitia cum suo idolo Merseburgensi.

Poenitet me fecisse *) Philippus quoque exposuit, ut sit mutandi significatio: poenitet me, id est mutabo, quae feci antea. Quanquam nec illum sensum damno, quod de Deo loquitur Scriptura, quomodo ab impiis vel piis affectibus de ipso sentitur, ut irasci dicatur, cum nos iram sentimus, poenitere, cum nos ejus opera mutari sentimus.

Quod de responso Principum ad Legatum pontificium scribimus, factum est a Magistro Prussiae Marchione Friderico: 1) hic enim dixerat, sese Ecclesiam libenter adjuturum, sed eum non esse modum Ecclesiae juvandae, damnare manifestam veritatem et libros exurere, diciturque non male de Evangelio sentire. Utinam tuus te deserat 2) vicariatus gloriosus, sed deseret cito sentiente et repugnante etiam M. Spangenbergio.

Johannes P. hinc aufugit, designato insigni flagitio in nostrum omnium ignominiam, inventus a lictoribus in lupanari, potatus probe et laica veste atque etiam percussus aliqua parte, ut audio: sed ego ista rescivi tarde post ejus fugam. Ego quidem antea ei denuntiaram, si quid denuo designaret post illud Zerbistense malum, ne ad meum conspectum veniret: id servavit. Sed ora pro miserabili homine, quem nosti, quam miser sit post patrata sua mala, ne desperans pejora attentet. Nos sedemus in turpitudine. Salutant te omnes nostri, et petunt, ut aliquando nos visites.

Vale in Domino et ora pro me. Mosen finivi transferendo, finita est et alia editio novi Testamenti: jam Mosen aggredientur. Mirum est, quam te hic opus sit in vernacula lingua. An bibliopola vester satisfecit, ignoro: mihi sane nihil dedit, et jussi, ut Lothero daret, cui non possum certus fieri an dederit, ignorat enim et ipse. Literas Mausero datas scito. Witembergae, feria 6. ante Thomae, MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

1) Es muß wohl heißen Alberto; der Großmeister Herzog Friedrich war 1510 gestorben. 2) Aurif. descrret.

---

*) 1 Mos. VI, 7.

20. December. *) N°. CCCCXLV.

An Spalatin.

Dank für die ertheilte Belehrung über die Thiernamen. Beantwortung dreyer exegetischer Fragen.

Bey Aurifaber II. 171. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 153. Deutsch bey Walch XXI. 376.

D. Georgio Spalatino, Ecclesiasti et Evangelistae Ducali Lochaviae. 1)

Gratia et pax. Gratias ago pro nominibus animalium. Quod quaeris, primo cur de panibus quinque tot corbes fragmentorum superfuerint, et de piscibus nihil: ego qui allegoriarum jamdudum coepi incurius esse, parum ista observo, quod etiam si quae inveniantur, incertos esse cogit, quod Scripturis apertis roborari non possunt. Tamen hoc loco ego simplicitatem sequor rei gestae, quod non soleant fragmenta de obsoniis, sed de panibus tantum colligi. Nam ossa, costulae, squamae, et pinnulae solent ferme relinqui a comedentibus de piscibus et carnibus, in panibus autem fragmentis usus est relinquendis. Quinque autem panes mihi Moses sunt (id est universa doctrina legis), pisces vero exempla legis, nempe Patrum et Prophetarum, geminae charitatis (quae legem implet totam) symbolo, quibus pascimur juxta doctrinam legis. Hic, si voles, poteris captare mysterium, verbum Dei omnibus abundare, quo magis tractetur, hoc magis superfluere, exempla vero Patrum ultra fidem nihil communicare, quia unusquisque suo opere Deo servit: Deus autem verbo, doctrina, fide eisdem atque omnibus. Sed magis mihi simplicitas praedicta placet.

Secundo ex Marco prae ceteris liquet, quod Christus semper quaerebat latere, et tamen non potuit, ita et nos instituit

---

1) Nach Cod. Jen.

---

*) Wir setzen den Brief in dieses Jahr nach dem Cod. Jen. Aurifaber gibt fälschlich das J. 1523. an, was schon darum unwahrscheinlich ist, weil die Uebersetzung des Pentateuchs, wozu L. die Namen der Thiere brauchte, zu Ende des J. 1522. vollendet war.

suo exemplo, ut velimus opera Dei in nobis esse occulta et manifesta: occulta, pro vitanda gloria nostra, quam stultum vulgus proclive est nobis offerre: manifesta, pro gloria Dei exaltanda, quam raro ei tribuunt.

Tertio Actor. IX. loquitur Lucas de voce audita Paulo, ut textus clare habet, hanc enim non audierunt, sed illam Pauli, Paulus autem utramque audivit. Vale et ora pro me. MDXXIII. 1) Vigilia Thomae.

Martinus Lutherus.

---

20. December. N°. CCCCXLVI.

An Wolfgang Stein, Hofprediger in Weimar.

L. bezeugt ihm seinen Beyfall über eine von ihm verfaßte Schrift (wahrscheinlich gegen die Weimarischen Franciscaner), und belehrt ihn, daß er auf das Stillschweigen seiner Gegner nicht rechnen dürfe. Er geht an die Schrift von weltlicher Obrigkeit rc.

Bey Aurifaber II. 99. b. Deutsch bey Walch XXI. 817.

M. Wolfgango Stein, aulico Theologo, et Ducali Ecclesiasti Vinariae.

Gratia et pax. Mihi non displicet, mi Ulpiane, tua rhapsodia, quanquam non sit opus edi eam: non tamen prohibemus, si edere volueris. Nam quod hoc spectas, ut amici tui volunt, sic eis respondere, ut non rideant, frustra spectas. Nihil loquacius vanitate, neque enim tales sunt homines isti, qui tacere queant aut quiescere, etiam manifeste victi, imo nec mortui tacebunt. Nunquid Pharisaei victi quieverunt, nunquid Judaei a Stephano desistebant victi? Ita et hic facies, ut reddita semel ratione hac, deinceps sinas eos latrare et blasphemare: tu, contemtis ranis, tuo pergas itinere. Nam nec ego meos adversarios eo possum redigere toties victos turpissime, ut desinant. Dic ergo amicis tuis, ut talia non expectent ab his vanissimis hominibus, qui nihil nisi sacci verborum, vel

1) Cod. Jen. MDXXII.

toti lingua sunt. Vale et ora pro me. Finito Mose jam respirans, sermonem de utraque potestate *) in manus accipio, simul tamen effecturus tuum votum. Witembergae, MDXXII. in vigilia S. Thomae.

Tuus Martinus Lutherus.

---

20. December. N°. CCCCXLVII.

An Johann Dolzigk, Kurfürstl. sächs. Marschall.

L. wünscht, daß eine geistliche Stiftung aufgehoben und zum Besten der Verwandten des Stifters verwendet werde.

Zuerst gedruckt angeblich nach dem Original im Weimarischen Archiv im Supplem. der Leipz. Ausg. S. 32. und daraus bey Walch XXI. 30. Wir haben das Original nicht finden können.

Dem gestrengen und festen Herr Johanns Dolzig, kurfürstlichen Marschalk zu Sachsen, meinem besondern günstigen Herrn und Freunde.

Gnad und Fried in Christo. Gestrenger, fester, lieber Herr Marschalk! Euch ist ohn Zweifel bewußt, wie die Stiftung Herr Heinrichs von Guben hie zu Wittenberg verfallen; wie es denn an ihm selbst ein gottlos Geplerr war, Gott verdrießlich. Weil ihr denn der oberst Testamentari seyd, hab ich mich unternommen zu bitten für die Nonne zu Molburg, Anna Brychen, daß derselben als nähester Erbin solches Gut möcht zugewandt werden, ob sie vielleicht aus dem Kloster kommen möcht und sich in sichern Stand begeben. Herr Amsdorfen will ich leichtlich vermögen; aber D. Hieronymus, den hindert sein Gewissen und allzu große Heiligkeit. Meinet vielleicht, der Piche suche das Seine, damit daß er auch möcht mit Theil kriegen, und gibt so viel nach, daß derselben Nonnen zwey oder dreyhundert Gulden möchten geben werden, damit sie ehrlich genug ausgesetzt würde. Nun streite ich hier nicht nach dem Recht und seiner Schärfe, sondern nach der Billigkeit; denn ichs nicht unbillig achte, so man das Uebrige armen Leuten wollte zutheilen, daß Piche, als

---

*) Von weltlicher Oberkeit, wie weit man ihr Gehorsam schuldig sey.

naher Freund, gleich auch etwas davon erlanget, es wäre durch Abgehen der Nonnen oder sonst; denn er auch nun seins Lebens beraubt, Weib und Kind zu nähren, nicht so reich ist, als der König von Engelland: daß mich D. Hieronymus Bewegen nichts beweget der armen Leute halben; denn weiter Bedenken acht ich tiefer bey euch seyn, denn bey mir, als der diese Sach, Person und alle Gelegenheit aufs beste wißt. Ist nun mein Bitte, wollet helfen solche Stiftung zu besserm Nutz wenden, dahin ihr selbst denken könnt, daß Herr Heinrich Guben gewandt hätte, wo ers baß verstanden hätte. Denn solch Testament muß man nicht halten, das aus unchristlichem Grund und Mißhen [1]) gestift ist. Wollet ja hierin nicht enge noch zaghaft Gewissen, sondern christlich, frey und frisch Urtheil folgen und Statt haben lassen. Wo euch gefällt Unterricht, so mir der Piche gethan hat, zu sehen, will ichs euch schaffen. Hiemit Gott befohlen. Am St. Thomas-Abend 1522.

Martinus Luther.

Vor d. 26. December. N°. CCCCXLVIII.

An Spalatin.

Von Serranus; Auftrag eines Briefes; Klage über die Wittenbergische Verwaltung, und Wunsch, daß das Stift daselbst aufgehoben werde.

Bey Aurifaber II. 109. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 158. Deutsch bey Walch XXI. 813.

Domino Magistro Georgio Spalatino, Christi ministro. [2])

Gratia et pax in Domino. Nihil neque vidi neque audivi literarum Serrani ad me datarum: aliunde ergo quam a me illas pete. Obsecro autem has literas cures reddi Praefecto minerario in Bucholz Matthes Posch, cum ad eum nisi per vos [3]) non possint pertingere, et necesse est brevi eas ad illum venire.

Pro Sibuto agam, quod possum, quanquam me et taedeat et pigeat administrationis Witembergicae, adeo nihil est, quod

1) Wissen? 2) Nach Cod. Jen. 3) Cod. Jen. te.

agunt et vident, nisi omnia simulent fortasse. Scorta satis libera, et aliorum nihil est, quod curetur, et omnium Sanctorum Bethaven quid est nisi lupanar? Atque utinam lupanar tantum esset: sed peccatum, seu ut Amazias apud Amos ait, sanctificatio regis est: utinam Princeps ibi quoque manum apponeret. Certe haec peccata eum gravabunt, quod suo sumtu et instituta sunt et foventur maxime, postquam veritas rem ostenderit. Scribam de hoc ad eum alias. Vale et ora pro me. Staupitius scripsit Wenceslao, se suam stultitiam deinceps deploraturum, et se nudiorem egressum ordinem S. Augustini, quam intraverit, sese subiisse labores, licet canonice creatum et vocatum. Ego nihil horum intelligo, quid velint. Anno MDXXII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

25. December. *) N°. CCCCXLIX.

An Spalatin.

L. sendet gewisse aus dem Kloster getretene Mönche mit seinem Rath an Sp. zurück.

Bey Aurifaber II. 110. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 178. Deutsch bey Walch XXI. 820.

D. Georgio Spalatino.

Gratia et pax. Remitto ad te istos emonachatos Herzbergenses, cum consilio meo, quod eos jussisti ex me petere. Mihi certum est, Principem non accepturum ex eis quicquam boni:[1] tamen si reliquerint, cogetur certe ea committere suo quaestori. Consului ergo, ut adhibitis duobus bonis fidelibus viris dispartiant anathemata sacrarii, unicuique commodam partem,

---

1) Cod. Jen. bonis.

*) L. hat entweder nach alter Uebung den Jahresanfang von Weihnachten an gerechnet, oder die Jahrzahl ist falsch. Aurifaber hat diesen und den folgenden Brief zum Anfang des J. 1523. gesetzt. Der folgende Brief gehört wegen des darin erwähnten Serranus offenbar ins J. 1522. Vgl. den Br. a. Sp. v. 23. Jan. 1523. No. CCCCLXVI.

quo, si volet, utatur ad conjugium vel artificium. Sic enim res illae per impietatem partae in pietatem vertentur, nec melius mihi locari posse videntur. In caeteris respondi tibi, puto eos ad te venisse. Vale in Domino. Die Nativitatis Christi, MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

26. December. *) N°. CCCCL.

An Spalatin.

L. übersendet Serranus u. A. Briefe, und äussert seine Bedenklichkeit über diesen Mann.

Bey Aurifaber II. 110. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 178. Deutsch bey Walch XXI. 821.

D. Magistro Georgio Spalatino, a concione Ducis Electoris Saxoniae, suo fratri. 1)

Gratia et pax. Habes hic Serrani et aliorum ad me ex Isenaco literas. Ego sane hominem, si venerit ad me, admittam, ut mihi loquatur coram: sed sicut omnia de omnibus optima praesumere jubet charitas (1. Cor. XIII.), ita omnia de omnibus pessima timere jubet fides (Johan. III. et Matth. X: *cavete ab hominibus*). Sunt, qui mihi hominem commendent, sunt, quae suspicionem, si non movent, certe non quietent. Optimum igitur fuerit, ut Princeps aliquid viatici in eum perdat, et illic sistere vel sinat vel jubeat, ut videamus, quis sit futurus. Verisimile est, Satanam omnia simulare, omnia tentare, omnia versare: ideo, donec certa res est, nulli fidendum. Si Christus ad nos aliquem mittere voluerit evangelistam, certe nos vel praecedentibus vel sequentibus signis certos faciet. Haec satis. Vale et ora pro me. MDXXIII, die S. Stephani.

Martinus Lutherus.

---

1) Nach Cod. Jen.

*) Vgl. die Anm. zum vor. Br.

Wahrscheinlich zu Ende des Jahres. N°. CCCCLI.

An Spalatin.

Empfehlung der Bittschrift des Pfarrers in Segren.

Bey Buddeus p. 20. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 158. Deutsch bey Walch XXI. 815.

Suo in Domino Magistro Georgio Spalatino, Concionatori fideli in aula, amico.

Gratia et pax in Domino. Nihil habens modo quod scribam, mi Spalatine, hanc supplicationem pauperis Pastoris in Segren tibi mitto et commendo. Iterum Pfaffenbeccus *) miserabundis querimoniis me solicitavit, ut pro eo ad Principem scriberem de feudo quodam, nuper per mortem cujusdam mulieris ad Principem reverso, quod ambit, quo et se juvari posse confidit. Sed video ventum illi in aula non esse prosperum, abstineo latius strepere, et frustra moliri. Vale et ora pro me. MDXXII.

Martinus Lutherus.

Nach dem vorigen. N°. CCCCLII.

An Spalatin.

Der Brief enthält ausser einigen kleinen Angelegenheiten die Beantwortung mehrerer exegetischer Fragen.

Bey Aurifaber II. 108. nochmals bey Buddeus p. 21. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 263. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXXVI.

Suo in Christo Georgio Spalatino, Evangelistae aulico. 1)

Gratia et pax in Domino. Supplicationem plebani Segrenensis 2) nuper oblitus nunc mitto. De saucio illo in Resen

1) Nach Cod. Jen. — Aurif. G. Sp. Ev. aul. 2) Budd. Cod. Jen. Segernensis. Vgl. den vorigen Brief.

*) S. Br. v. 28. März u. 12. April d. J. No. CCCLXXVII. u. CCCLXXXIII.

Quaestori dictum est. Gemmae *) quoque vel redierunt, vel Lucas, qui habet, referet.

Ad quaestiunculas. In Christi nomine petere, est non per nos ipsos, sed per Christum ut mediatorem petere. Sic enim Paulus semper urget δι'αὐτȣ̃, praesumtionem enim nostri meriti excludit. Deinde omnia prorsus petenda sunt, et omnia conceduntur, scilicet quia omnis petitio includit tres primas petitiones in oratione dominica. Ideo neque petere neque largiri est, ubi nomen, regnum, voluntas Dei non praefertur. 1) Deinde ubi dubium est, sitne pro nomine, regno, voluntate ejus, committenda illius sapientiae exauditio nostri. Caeterum ubi pro nomine, regno, voluntate ejus primo oratur, impossibile est, ut non exaudiatur per Christum quicquid petitur.

Noli me tangere, Johannes scribit, **) qui libenter mysteria sectatur, cum alii tetigisse scribant. Tangitur autem Christus sola fide, qua quia nondum erat imbuta Magdalena, non patitur se tangi in signum hujus incredulitatis: hoc est, quod ipse dicit: Nondum enim ascendi, id est, sicut nondum ascendi, ita nec tu credis me alia vita jam vivere, quam priori. Alibi vero, ubi mysterium id non agitur, patitur sese tangi.

Tempus, quo non loquitur in proverbiis, et quo petent, ***) est tempus post Spiritus adventum. Si scopum observes, facile tu ipse talia multa dissolves. Est autem is scopus, quod discipuli ante passionem et oraverunt et crediderunt, et omnia, quae postea, egerunt experti, 2) sed resurrectionis fidem nondum 3) habuerunt, et 4) mortalem Christum cognoverunt. Sicut vides in mea causa contingere. Multi crediderunt, cum solas indulgentias tractarem, ignari, fore ut papatum, caelibatum et omnia sequentia tractarem: ideo multi offensi sunt in totam causam, quibus si praedicere 5) potuissem futura, hoc fecissem, quod Christus facit suo isto toto sermone de futura eorum fide, oratione, cognitione et opere. De perficienda et perfecta fide et operibus eis 6) loquitur, hoc est non de lacte (quod prius habebant), sed de solido cibo.

1) Aurif. praefert. 2) Budd. Cod. J. ex parte. 3) Cod. J. non. 4) Aurif. Budd. + tamen. 5) B. praedicare. 6) Cod. Jen. eius.

*) Vgl. Br. v. 30. März und 10. May. No. CCCLXXX. u. CCCXCVI.
) Joh. XX, 17. *) Joh. XVI, 25.

Fuga sabbathi et hyemis nobis proverbialiter dici putatur, ne non importune [1]) fugiant, sicut illis in sabbatho non licuit, et hyeme non bene fit.

Per hoc jam solvitur, quod discipuli credunt ante passionem eum a Patre exivisse, scilicet fide lactis, sed resurrectionis gloriam nondum credunt.

Exire a Patre, est Filium carne indui, et in mundo apparere.

Credentibus signa sequi etc., certum est, si opus sit. Neque enim Apostoli faciebant passim et temere signa, sed in necessitate Evangelii fundandi, et nunc quoque, si vere credimus, signorum potestatem habemus. Nam posse signa facere, ille textus solum dat, non jubet facere.

Sic et Spiritum sanctum acceperunt ante passionem et post resurrectionem, ut supra de fide et oratione dixi, etiam de hac re antea respondi.

Evangelion omni creaturae praedicare, est palam praedicare toti mundo. Vide meam Postillam Epistola prima in Nativitate Christi. Vale, occupatissimus enim sum. MDXXII.

T. Martinus Lutherus.

Obsecro, juves, quod hic Wenceslaus petit, ut in Grymmis arceatur libido malorum Christianorum nostrorum, qui solo contemtu superstitionis volunt Christiani esse.

Ohne Datum. N°. CCCCLIII.

An Spalatin.

Verwendung für M. Stagmann, welcher an die Stelle des D. Augustinus Schurf zu treten wunscht.

Bey Budd. p. 20. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 241. Deutsch bey Walch XXI. 816.

Suo in Domino Spalatino Georgio, Evangelistae aulico Saxoniae.

Gratia et pax. Alias alia, nunc festinus festinatus festina scribo. Res est, D. Augustinus medicus (audio) discessurus

1) B. Cod. J. opportune.

est. Petit Magister Stagmarinus, ut in locum ejus (si fieri potest) succedat. Ego sane hominem et satis dignum et doctum idoneumque judico, cui ea conditio cedat. Proinde feceris pro re communi, cum alioqui sit et bonus vir et modestus, si ei patrocinatus fueris. Vale in Domino. Vesperi MDXXII. Dominica.

Martinus Lutherus.

Ohne Datum. *) No. CCCCLIV.

An Christoph Hofmann.

L. warnt H., der Carlstadt gewisse Fragen vorgelegt hatte, vor dergleichen Meinungen, wie sie von den Zwickauer Schwärmern gehegt würden, und denen Carlstadt nicht genug widerstehe.

Bey Aurifaber II. 308. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXIV.

Gratia et pax tibi. Ex iis, qui tibi bene volunt, amicis, optime Christophore, intellexi quaestiones tuas, quas Doctori Andreae Carlstadio proposuisti de scientia praedestinationis, de lapsu et resurrectione justi, de fide aliena, de baptismo parvulorum, de perseverantia spiritus in sanctis etc. Exegerunt quoque, ut tibi uno verbo meam sententiam significarem, quanquam ignotus ignoto, quibus nihil negare possum nec debeo. Quare et tu meam operam boni consulas oro, obsecro autem te per Christum, ut ab istis novis dogmatibus tibi caveas: sunt enim prophetarum, qui apud nos e Cygnea auditi sunt me praesente, sibi ipsis nihil constantes et plane sine Scripturis, solo suo spiritu loquentes, quos nisi ipse vidissem, aliorum magnificis bullis motus, esse eos aliquid et ego putassem. Quibus et Dominus Carlstadius sive pro suo candore sive bono animo nondum fortiter resistit. Mea sententia est haec, nos debere fidere gratiae Dei, sed manere incertos de

*) Der Brief wird von Aurif. unter das J. 1525. gestellt, was aber offenbar falsch ist, da Carlstadt in diesem Briefe noch auf eine freundliche Weise erwähnt wird, und noch in Wittenberg zu seyn scheint. Auch die Anführung der Zwickauer Propheten führt ins J. 1522.

nostri et aliorum futura perseverantia seu praedestinatione, ut ille dicit: *Qui stat, videat ne cadat*, quamquam Apostolos certos fuisse de sua salute non est dubium. Attamen David quoties, quaeso, metuit et plorat, ne projiciatur a facie Dei? Denique multis haec et exemplis et Scripturis apud nos sunt testatissima, fidem alienam certum esse non facere, ut ego sim salvus, ea ipsa aliena, unusquisque enim per se credit vel non credit: facit tamen et impetrat, ut et ego mea propria fide credam, alioqui quid sunt orationes fidelium pro infidelibus, ut sanctificetur nomen Dei, ut veniat regnum ejus? Sic parvulis dari fidem propriam sentimus in baptismo, impetrante eam fide aliena Ecclesiae, et pro parvulo orante in Christi spiritu. Sic septies cadere et resurgere justum sentimus, donec occulta iis fuerit praedestinatio sui, et quid multis tecum? tu ipse plura ex iis sapies occasione accepta. Deinde amici tantum sententiam meam ad te scribi voluerunt, quod feci. Christus autem custodiat cor tuum et intelligentiam tuam in simplicitate Christi, Amen. Ora pro me. Witembergae MDXXV.

Ohne Datum. N°. CCCCLV.

Ein Bedenken über die verbotenen Grade in der Ehe.

Aus J. E. Kappens Reformations-Urkunden, Thl. III. S. 350.

Wilche Person verboten sind zu ehlichen in der heiligen Schrift, beyde der Freundschaft und Mogschaft, Levit. 18.

Verboten Person der Freundschaft sind diese:

1. Vater,	4. Schwester,	7. Vatersschwester,
2. Mutter,	5. Stiefschwester,	8. Mutterschwester.
3. Stiefmutter,	6. Sohnstochter,	

Daraus folget, daß Schwisterkinder und der Stiefmutter Schwester für Gott mit gutem Gewissen mugen geehlicht werden.

Verboten Person der Mogschaft sind diese:

1. Vaters Bruder Weib, 4. Stieftochter,
2. Sohns Weib, 5. Des Stiefsohns oder der Stieftochter Kind,
3. Bruders Weib, 6. Weibs Schwester, so das Weib lebt.

Daraus folget, daß ich meins Weibs oder Braut Schwester nach ihrem Tod ehlichen mag; dazu auch des Bruders Weib nach seinem Tod im Gesetz befohlen war zu nehmen (Matth. 22.).

Was nu mehr Person odder Gelied verboten sind, die haben unsere geistliche Tyrannen umb Gelds willen verboten: das bewährt sich selbs damit, daß sie dieselben wieder umbs Geld verkäufen und zulassen, und wo man nicht Geld gibt, solch Ehe zu reißen wider Gott und alle Billigkeit.

Daß sie aber auch neu Gelied erdichtet haben zwischen den Gevattern, Pathen und ihren Kindern und Geschwistern, das hat sie eigentlich der Teufel gelehret. Denn so das Sacrament der Tauf sollt Hindernisse bringen, mußte kein Christenmann ein Christenweib nehmen. Sintemal alle getaufte Weiber aller getauften Männer geistliche Schwester sind, als die einerley Sacrament, Geist, Glaube, geistliche Gaben und Guter haben, damit sie viel näher im Geist Freund werden, denn durch äußerlich Gevatterschaft.

Sonderlich aber ist zu meiden der Bischofgotzen lugenhaftig Gaukelwerk die Fermelung, wilche kein Grund in der Schrift hat, und die Bischof nur die Leut mit ihren Lugen betrugen, daß Gnade, Character, Mahlzeichen drinnen geben werden. Es ist vielmehr der Bestien Character (Apoc. 13.). Ein Christenmensch soll sein Glauben bey Verlust seiner Seel ja nicht stellen auf Menschentand; denn das wird gewißlich ihm liegen und triegen, sondern nur auf Gottes Wort, der leuget nicht. Anno 1522.

Mart. Luther.

1523.

Wahrscheinlich im Januar. *) N°. CCCCLVI.

An Spalatin.

Nachdem L. ein Paar Angelegenheiten berührt hat, beantwortet er einige exegetische Fragen.

Bey Aurifaber II. 135. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 155. Deutsch bey Walch XV. Anh. LXXXVII.

D. Georgio Spalatino, Evangelistae et servo Christi, suo in Domino. 1)

Gratia et pax in Christo. De solutione bravii rogat Prior noster et ego, ut gratias pro nobis agas Principi illustrissimo, sic tamen ut locus ei salvus sit divinae retributionis, quanquam et haec gratis donetur, et nos gratis omnia debeamus. Gemmas redditas scito Lucae pictori, unde accepi. **)

Ad quaestiunculas. 1. *Multa habeo vobis dicere* etc., quod pauca deinde loquutus est cum discipulis, haec ipsa causa est, quod non possent portare. Loquutus est ea autem postea per Spiritum sanctum in cordibus eorum, quae ipse praesens non dixit, nec illi tum portare potuerunt. Et impletum est illud: *Spiritus annuntiabit vobis quae ventura* 2) *sunt*, ubi Apostoli de novissimis temporibus praedixerunt, et de judicio et vita aeterna, ut habes in epistolis Pauli et Petri. Nec est dubium, quin plura dixerint, quam scriptum sit, ut indicat 2. Thessal. II. *Non retinetis, cum essem vobiscum, quod*

---

1) Nach Cod. Jen. 2) C. J. futura.

---

*) Wegen der noch in Frage stehenden Zurücksendung der Edelsteine. **) Vgl. No. CCCCLII. v. Ende vor. Jahres.

haec dicebam vobis. Quod autem Petrus et Paulus dixerunt, absque dubio et alii dixerunt omnes, licet Christus eadem dixerit tunc, quae postea Apostoli tamen [1]) ante spiritum prorsus non intellexerunt, sed sicut dicit: *Ille suggeret vobis omnia quae dixi:* et iterum: *ille me clarificabit* etc. Erant enim rudes, ut regnum ejus putarent fore temporale (Actor. I. et Lucae ultimo): alioqui non fuissent sic in passione ejus scandalisati et confusi. Nesciebant enim adhuc Scripturas, ait Joannes XX. Ipse autem ideo haec eadem praedixit, ut postea recordantes firmius et certius crederent, cum viderent idem a Spiritu doceri, quod ille docuisset, sicut dicit: *Haec loquutus sum, ut cum facta fuerint, credatis.* Sic ergo Spiritus ea, quae Christus breviter et obscure, postea clare et copiose docuit, quo modo et Mosen et Prophetas prius obscuros, deinde apertos habet spiritualis homo.

2. *Expedit vobis, ut vadam* etc. Quia carnalis illa et rudis opinio de regno Christi non potuit tolli, nec potuit fides Christi fieri omnipotens, nisi ad dexteram Patris iret, ut impleret omnia, et sciretur, quod in omnibus servare posset. Illi enim tum solum gladio et in carne servari regnum Israel voluerunt, exemplo antiquorum regum, quod nihil profuisset ad salutem. At nunc in aeternum spiritu et carne regnat et servat.

3. Sic et illud: *Nemo interrogabat eum de isto transitu quo iret,* quia non capiebant. [2]) Interrogabant autem ruditer, quo vaderet, quia putabant, eum per loca aliqua [3]) ire in mundo corporaliter, in quo praesumebant sese sequi velle.

4. Quia insufflavit spiritum, etiam pertinet ad promissionem spiritus dandi, quod nondum intellexerunt nisi veniente spiritu, sicut supra 3. quaestione de verbis diximus, ut certi et firmi essent, hunc esse spiritum, quem Christus tunc etiam signo visibili promisit et obtulit.

5. Per hoc ad ultimum, post resurrectionem, plenam spiritus et omnium notitiam in verbo et signo promissionemque acceperant. Et erat necessarium, ut in [4]) initio Ecclesiae daretur spiritus manifesto signo et magno miraculo, cum tot in lege abroganda, tot innovanda per orbem essent, ne humana,

1) Aurif. tum. 2) Aurif. cupiebant. 3) C. J. aliquo. 4) C. J. ob.

sed divina autoritate res geri crederetur. Nunc cum perseveret illa innovatio, et Evangelium idem sit quod tunc, nullaque sit innovatio futura ante judicium: statur in illa prima Spiritus manifestatione corporali, nec est necessario perpetua in omnia tempora. Haec habui inter occupationes plurimas, tu judicabis ea. Literas Cronbergii inter chartas nondum quaesivi. Habebis autem eas excusas ex Argentina, sic enim mihi ipse simul scribebat. Vale et ora pro me. Anno MDXXIII.

T. Martinus Lutherus.

---

1. Januar. N°. CCCCLVII.

An Herzog Johann von Sachsen.

Es ist die Zueignung der Schrift: Von weltlicher Uberkeit, wie weit man ihr Gehorsam schuldig sey, zu welcher L. durch das Verbot, welches in Meissen, in der Mark und in Baiern gegen seine Uebersetzung des N. T. ergangen war, veranlaßt wurde.

Die Schrift erschien unter dem Titel: Von weltlicher Uberkeit, wie weit man ihr Gehorsam schuldig sey. Mart. Luther. Wittenberg 1523. Gedruckt durch Nickel Schirlentz. Wieder aufgel. 1524. Jen. II. 193. Wittenb. VI. 569. Altenb. II. 258. Leipz. XVIII. 385. Walch X. 426.

Dem Durchleuchtigen, Hochgebornen Fursten und Herrn, Herrn Johanns, Herzog zü Sachsen, Landgraf zu Thüringen und Markgrafen zu Meißen, meinem gnädigen Herrn.

Gnad und Fried in Christo. Es zwinget mich abermal, Durchleuchtiger, Hochgeborner Furst, Gnädiger Herr, die Noth und vieler Leut Bitten, zuvor E. F. G. Begierd, zu schreiben von der weltlichen Uberkeit, und ihrem Schwert, wie man desselben christlich brauchen, und wie weit man ihm [1]) Gehorsam schuldig sey. Denn es bewegt sie der Spruch Christi Matth. 5: Du sollt dem Ubel nicht widderstreben, sondern sey willfährig deinem Widdersacher, und wer dir den Rock nimpt, dem laß auch den

1) Jen. ihn.

Mantel; und Röm. 12: Die Rache ist mein, spricht der Herr, ich will vergelten. Wilche Sprüche auch vorzeiten der Furst Volusian S. Augustino furwarf, und die christliche Lehre anfacht, daß sie den Bösen Urlaub gebe, Böses zu thun, und gar nicht bestehen kunnte mit dem weltlichen Schwert. Also haben auch die Sophisten in den hohen Schulen sich dran gestoßen, da sie beyde nicht kunnten mit einander reimen: auf daß sie ja die Fursten nicht zu Heiden machten, haben sie gelehret, Christus habe solchs nicht geboten, sondern den Vollkomenen gerathen. Also hat Christus mußt ein Lügener werden und Unrecht haben, auf daß die Fursten ja mit Ehren bestunden. Denn sie kunnten die Fursten nicht erheben, sie mußten Christum herunter stoßen, die blinden, elenden Sophisten. Und ist also ihrer giftiger Irrthumb in alle Welt eingerissen, daß Jedermann solche Lehre Christi fur Räthe an die Vollkomene, und nicht fur nöthige Gebot, allen Christen gemein, hält, so lange bis sie auch dem vollkomen Stand der Bischofen, ja dem allervollkomensten Stand des Papsts, nicht allein diesen unvollkomen Stand des Schwerts und weltliche Uberkeit erläubt, sondern Niemand auf Erden so gar zugeeignet haben, als demselben. So ganz und gar hat der Teufel die Sophisten und hohen Schulen besessen, daß sie selb nicht sehen, was und wie sie reden oder lehren.

Ich hoff aber, daß ich die Fursten und weltliche Uberkeit also wolle unterrichten, daß sie Christen, und Christus ein Herr, bleiben sollen, und dennoch Christus Gebot umb ihren willen nicht zu Räthen machen dürfe. Das will ich E. F. G. zu unterthänigem Dienst, und Jedermann, der sein bedarf, zu Nutz, Christo unserm Herrn zu Lob und Preis thun. Befihl hiemit E. F. G. mit allem ihrem Geblüt in Gottis Gnaden, der sie ihm laß barmherziglich befohlen seyn, Amen. Zu Wittemberg, am neuen Jahrstag 1523.

E. F. G.

unterthäniger

Martinus Luther.

2. Januar. N°. CCCCLVIII.

An Spalatin.

Von der Aufhebung des Wittenberger Stifts: Bitte um Wildpret zu einem Doctor-Schmaus, und um Gehalt für Bugenhagen, welcher seine Vorlesungen sich bezahlen zu lassen gezwungen war.

Bey Aurifaber II. 111. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 161. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXII.

Gratia et pax. Quomodo Bethaven nostra queat citra scandalum proximorum et offensionem viventium mutari, quis facile dixerit, mi Spalatine? praesertim si tu id scandalum voces aut offensionem, quo Papistae [1]) impii offenduntur. Si nondum nosti, sacerdotes ferme omnes non modo impie ibi agunt, sed praefracto corde Dei et hominum contemtores, singulis noctibus paene scortantur, et impudenti indurataque fronte mane missas celebrant. Testis est vel ipse Amsdorfius, exceptis forsan tribus, omnes esse palam scortatores. Tu nunc cogita, quid haec abominatio Principi et populo suo apud Deum mereatur, cujus sumtu alitur. Quis scit, si propter ipsos Evangelium nostrum minus prosperetur? Diu toleramus, non modo impios, sed palam sceleratos divinis et metuendis sacris ob solum turpem quaestum servire. Ego sane praedicavi, etsi sint in impietate sua sinendi, tamen Magistratus officii sit, scortationes eorum prohibere, vel ad matrimonia cogere. Nemo siquidem ad pietatem et fidem cogi potest nec debet, scelera tamen publica tollenda sunt. Utinam istas missas saltem Princeps intermitteret, quas quotidie e Camera stipendio alit, ut fieret exordium aliquod rerum novandarum. Loquar autem de hac re cum Amsdorfio plura.

Caeterum dum nuper pro Joanne Pomerano scriberem propter ferinam ad suas nuptias, metuebas, ne Princeps favere palam sacerdotibus uxoratis possit argui, et tu eam mihi donabas. Nunc aliud prae manibus est. Duo patres optimi apud nos, Joannes Westerman et Gottseligius de Hervordia, intra mensem papisticum doctoratum in theologia accipient, honoraturi caudam istius pompae, si tu nobis pro ferina apud Principem patronus fueris. Quanquam enim rem probe sciant,

---

1) Cod. Jen. † aut.

tamen majoribus suis cedunt et stulti fiunt, quis scit quo tandem fructu sapientiae? Igitur hic nullum est jam periculum, si Princeps donet, imo occasio hypocrisis est, qua tollat suspicionem priorem. Fac igitur officium hic charitatis, et servito nobiscum stultitiae isti.

Nec hoc te volo latere, hactenus nostrae Academiae fuisse laudem, gratis lectiones audiri munificentia Principis. At nunc Pomeranus sua lectione hanc famam minuit, necessitate quadam fatali, scilicet quod gratis docere non queat, et tamen auditores graventur emere, qua carere non volunt, interim iis, qui stipendia habent, vel non legentibus, vel Pomerano nulla parte comparandis. Murmurant itaque non quidem contra Pomeranum, cui illorum porcorum stipendia deberi sciunt, sed quod gratuitas lectiones non habeant, qua spe huc accesserint, qui facultate tenuiores sunt. Tu itaque Principi, si potes, haec suggere: si placet forte, consule istis rebus quoque. Quanquam Philippi et Carlstadii lectiones, ut sunt optimae, ita et abundent, tamen et Pomerano nolim abesse, quod Carlstadii sit incerti temporis. Haec in tuum sinum. Vale et ora pro me. Obsecro, de ferina responde, ut sciamus, quid tentandum illis sit. Witembergae, octava Stephani, anno MDXXIII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

3. Januar. No. CCCCLIX.

An den Herzog Georg von Sachsen.

In dem Briefe Luthers an Hartmuth von Kronberg (No. CCCLXXV.) hatte Herzog Georg die Stelle: Solche Freude und Freudigkeit in Christo erkennen die elenden Feinde nicht ꝛc. auf sich bezogen, und legte Luthern in einem Briefe, d. v. 28. Dec. v. J. (bey Walch XIX. 593.) die Frage vor, ob er jenes Schreiben für das seinige erkenne. Luther erklärt in dem gegenwärtigen Antwortschreiben, der Herzog könne jene Stelle auslegen, wie er wolle, und indem er den Ausdruck Wasserblase, der in dem Schreiben an H. v. K. am bestimmtesten auf Herzog G. gedeutet werden konnte, jetzt wieder deutlich in dieser Beziehung gebraucht, gibt er klar zu erkennen, daß er dort den Herzog G. wirklich gemeint habe.

Beyde Briefe von Herzog Georg und Luther befinden sich in den deutschen Ausgaben Wittenb. IX. 169. Jen. II. 185. Altenb. II. 257. Leipz. XVIII. 235. Walch XIX. 593. Im Weim. Ges. Archiv befindet sich eine gleichzeitige Abschrift davon, nach welcher wir den Text liefern.

Dem Durchleuchtigen, Hochgebornen Fursten und Herrn, Herrn Georgen, Herzogen zu Sachsen, Landgrafen in Thüringen, und Markgrafen zu Meissen rc.

Aufhören zu toben und zu wüthen wider Gott und seinen Christ, anstatt meines Diensts zuvor, ungnädiger Fürst und Herr! Ich hab Ew. F. U. Schrift sampt dem Büchlin oder Brief, so ich an Hartmuth [1]) von Kronenberg geschrieben haben soll, empfangen, und mir sonderlich den Ort, deß sich E. F. U. beschweret, als wichtiger Injurien, Seele, Ehre und gut Leumund [2]) betreffend, lassen lesen. Denn vorhin dasselb Büchlin allhie zu Wittemberg, und auch anderswo gedruckt ist.

Weil denn nu E. F. U. begehret zu wissen, was ich darinnen geständig seyn wolle, ist kurzlich mein Antwurt, daß mirs gleich gilt fur E. F. U., es werde fur gestanden, gelegen, gesessen, oder gelaufen angenomen; denn was ich wider E. F. U. handele oder rede, es sey heimlich oder offenlich, erbiet ich mich zu Recht, und wills, ob Gott will, auch wohl fur Recht erhalten. Gott aber wird die Gewalt wohl finden. Denn wo es E. F. U. Ernst wäre, und nicht so unhoflich loge, daß ich E. F. U. Seele, Ehre, und gutem Leumund zu nahe wäre, würde sie freylich die christliche Wahrheit nicht so schändlich lästern und verfolgen. Doch ist das nicht das erstemal, daß ich von E. F. U. belogen und böslich dargeben bin, daß ich billiger Ursach hätte, mich zu beklagen der Injurien, Seele, Ehre, und guten Leumund betreffend. Aber ich schweige deß alles: denn mir Christus gebeut, auch den Feinden gunstig zu seyn, welchs ich auch bisher than hab mit meinem armen Gebet gegen Gott fur E. F. U. Und erbiete mich noch, E. F. U. zu dienen, womit ich kann, ahn (ohn) alles falsch Gesuch. Ist das veracht, da kann ich nicht zu; ich werde mich darumb fur keiner Wasserblasen zu Tod furchten, ob Gott will und mein Herr Jesus Christus: der wolle E. F. U. Augen und Herz erleuchten, und ihm gefällig, und mir ein gnädigen, gunstigen Fursten machen aus E. F. U., Amen. Zu Wittemberg am achten Johannis. 1523.

Martinus Luther, von Gottes Gnaden,
Evangelist zu Wittemberg.

---

1) Abschr. Hartmann. 2) Abschr. Leumut.

7. Januar. N⁰. CCCCLX.

An Wenc. Link.

Empfehlung zweyer ausgetretener Mönche. Link soll den Kurfürsten veranlassen, für ihren Unterhalt zu sorgen. Zuletzt von der Verdrüßlichkeit mit Herzog Georg wegen der Aeusserung im Sendschreiben an H. v. Kronberg, vgl. den vorigen Brief.

Bey Aurifaber II. 112. Deutsch bey Walch XIX. Anh. VI.

Gratia et pax in Christo. Veniunt ad te hi duo fratres cum literis et causis, ut vides, optime Wenceslaë, petentes et meam ad te intercessionem. Ego si in tuo loco essem, quando abominationem istam finiri oportet, auderem et darem Principi licentiam et consensum, ut istis pauperibus succurri possit parte aliqua perditorum bonorum. Nec hic spectarem, quid vicariatus in futurum esset causaturus, maxime cum reliqui ex eodem conventu vel census retineant vel auferant absque consensu tuo aut vicariatus. Vides enim hic charitati, illic vero merae impietati serviri, ut taceam istorum penuriam et illorum sacrilegam prodigalitatem. Fac igitur, ut audeas et facias, quod Domino placet et hominibus displicet. Confirmare te dicent fratrum discessum. Quid inde? Animum forte adhuc habent dicendi et judicandi, et tu sic occasione merita ab illis absolveris propter bonum opus. Ego enim omnino censeo non praetereundam hanc Principis opportunam voluntatem, qua tuum petit consensum. Erit forte hoc initium ad alia, et nemo postea audebit Principem repetundarum arguere, et interim ab Aegyptiis ad Ebraeos transtuleris, quae illis debentur. De his satis.

Princeps Georgius ad me scripsit injurias expostulans magnifica bucca, a me interrogans de Epistola ad Hartmuthum [1]) Cronenbergensem. Et ego respondi, quae vix placitura sint, suo tempore videbis utriusque exemplar. Nurmbergae novo edicto libelli mei vetiti sunt, sed parum curatur. Vale et ora pro me. Witembergae, die altera Epiphaniae, MDXXIII.

T. Martinus Lutherus.

---

1) Aurif. Hartmannum.

Vielleicht im Januar. N⁰. CCCCLXI.

An Joh. Brismann.

Caspar Schatzgeier, ein Franciscaner-Mönch, hatte gegen L.'s Schrift von den Gelübden geschrieben, und dieser, der zur Widerlegung keine Zeit hatte, trägt dem Br. (vgl. d. Br. v. 24. Apr. vor. J.) auf, gegen ihn zu schreiben, indem er ihm einige Gründe an die Hand gibt. Br. erfüllte diesen Auftrag, und gab die Schrift heraus: Ad Casp. Schatzgeyri Minoritae plicas responsio per Jo. Brismannum pro Lutherano libello de votis monasticis. M. Lutheri epistola ad Brismannum de eodem. Viteb. 1523. 4. in demselben Jahre neu aufgelegt.

Zuerst mit der Brismannischen Schrift gedruckt. Dann bey Aurifaber II. 113. Viteb. II. 323. Deutsch bey Walch XIX. 672.

Gratia et pax in Christo. Prodiit nuper tuae professionis homo Caspar Schatzgeyer, libello contra me edito, super votis et missis, qui et antea contemtum illum librum insulsum, quem Scrutinium appellavit, ediderat, conatus Christum et Belial conciliare, nempe sacrilegam scholasticen et literas sacras. Quod ubi male cessit, alia via gloriam affectat, et nunc Indagines et Conatus, *) ac nescio quae portenta verborum et rerum parturit. Nosti autem et tu, quam sit isti hominum generi gentile, [1]) imo fatale (de iis loquor, qui Minoritae tantum sunt et non Christiani) [2]) novis et singularibus vocibus uti, quemadmodum et novis moribus vivunt. Sic alius scribit Gladios, alius Syrupos, alius Malagmata: **) iste vero, ut dixi, Indagines et Conatus, ne scilicet quicquam commune vel in verbis vel rebus cum hominibus habeant. Accedit ad haec propria quaedam ac minoritica phrasis, quae talis est, ut nullo alio vocabulo nominare queas, quam ut minoriticam dicas, in qua illud potissimum valet, quod est taediosissima, dum cupit nova videri, et fit neque vetus neque nova, sed nec media quaedam inter novam et veterem.

1) Vit. peculiare. 2) Vit. Christum pure colentes.

*) Bezieht sich auf den Titel der Schrift Sch.'s. **) Titel einer Schrift von Alveld.

Sed ut ad rem veniam, rogavi te, ut munus respondendi obires, non quod dignum ducerem te, qui dono Dei melioribus rebus servire potes, cum his larvis pugnare, sed quod ego occupatior sim, quam ut ipse respondeam. Nam etsi hominem indoctum in re sacra contemnerem atque cogitarem, nec responsione mea millies iterata firmari eos posse, qui tam vanis scriptis moventur ad dissentiendum libello meo de votis, omnium quos scripsi etiam me teste munitissimo, et quod ausim gloriari, invicto: tamen amicis quibusdam sic instantibus et urgentibus cessi, ut respondendum illi esse censerem.

Tu ergo prospere procede in Christo, ut qui minoriticam sectam egregie callens, probe intelligas, quot locis Thesaurivora ille Indagator et Conator mentitur, 1) dum nobis persuadere conatur, ut credamus, tam vulgarem esse apud religiosos fidem et castitatem, quam vulgares sunt ipsi monachi, praesertim Minoritae, cum sua ipsius conscientia, tum experientia eum longe aliter doceant, nisi quod purum Minoritam oportet esse purum hypocritam. Sic enim loquitur, sicut hactenus vixerunt, credens tam neminem fore, qui mentientem intelligat, quam hactenus nemo fuit, qui putaret eos esse meras personas, et ut Paulus ait, species pietatis, cujus virtutem abnegant.

Quamvis autem non egeas ut indicem 2) tibi, quid potissimum in illo confutatum 3) oporteat: tamen ut uno sensu nos idem damnare videat, volo et ipse hoc monere, quod procul dubio Christus, qui te docet, in te monebit. Hoc autem est, 4) quod homo ille perpetuo libro multa 5) certe satis e Scriptura 6) adducit, et in margine gloriosius, quam deceat Minoritam (nisi hypocrisis faceret), ostentat. Et non videt interim caecus et insipiens Indagator, quam illa omnia prorsus nihil ad rem faciant, quod adeo manifestum, 7) ut ipsemet cogatur confiteri, modo ei digito crassiore ostendatur, hoc modo:

Nonne omnia verba et facta Scripturae sunt prorsus omnium Christianorum 8) documenta? sicut Paulus Rom. XV. dicit: *Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam*

---

1) Vit. mentiatur. 2) Vit. monstrem. 3) Vit. in illo suo vere minoritico libro refutatum. 4) Vit. nempe hoc. 5) Vit. multo. 6) Vit. Scripturis. 7) † Vit. est. 8) Vit. † communia.

scripta [1] *sunt.* Quis est ergo furor, ea quae sunt omnibus Christianis communiter dicta, uni singulari sectae aptare? [2] Quid enim etiam Morio aliquis ad universum illum magnificum librum indagatoris inferet, nisi hoc corollarium? Quandoquidem tu communibus Scripturis singularem tuam sectam astruis, fiet profecto, ut aut omnes Christiani sint Minoritae, aut si non sint, non sint quoque Christiani, ad quos solos dicta sunt, quae tu pro Minoritis adducis. Quid hic Thesaurivora ille faciet? Nonne si vel uncia pudoris in ipso fuerit, pudebit sese unquam mutivisse coram hominibus, ut qui et sacris Scripturis et Christianis [3] impius et blasphemus tantam vim et injuriam intulit? ut [4] si sua sint vera, necesse sit, aut Christianos non esse Christianos, aut Scripturas non esse Scripturas. En tibi mercedem erroris, quam oportuit accipere illos, qui contra agnitam veritatem pugnant.

Ne autem garriat hoc solum a me dici, et nullo exemplo probari, quanquam extent libelli, et non possit tergiversari, tamen vel illud, quod tu quoque in praefatione illius sentis, tecum [5] adduco. Estne igitur belle et plane minoritice asserta monastice per illud Lucae, quo Dominus intrasse scribitur domum Marthae et Mariae? Hoc est, ut Schatzgeyr ait, monasteria, in quibus viget [6] vita activa et contemplativa? etc. Sed ut [7] istas ruditates monachorum praeteream, quas fere nullus intelligit (deinde pauci etiam haec vocabula audiunt activae et contemplativae vitae, [8] tantum abest, ut talis domus ulla apud eos sit): nonne certum est, omnibus Christianis hanc doctrinam oportere esse communem, quaecunque tandem est, quam Dominus docuit intrando domum Marthae? nisi forte non sit iste introitus pars Evangelii, aut Evangelion non sit omnibus Christianis commune.

Obsecro, iste Schatzgeyr miserabilis dum Scripturas allegat pro monastice, quid aliud facit, [9] quam quod ipso facto dicit: obsecro, [10] ridete, [11] sibilate, insultate mihi inepto et insulso, qui dicta Christianis omnibus communia ad meum

---

1) Vit. praescripta. 2) Vit. applicare. 3) Vit. in sacras Scripturas et Christianos. 4) ut fehlt bey Aurif. 5) Vit. — quod . . . . . tecum. 6) Aurif. urgetur. 7) Vit. ut enim. 8) Vit. activa et contemplativa vita. 9) Vit. Obsecro quid aliud facit iste Sch. mis. . . . . . monastice. 10) Vit. heus. 11) Aurif. wahrscheinlich durch Druckfehler videte.

pediculosum cucullum aptavi? [1]) Nam et ipsemet plane fatetur, nihil in sacris literis de monastice dici, solumque se hoc uno solatur, quod non videatur monastice contraria sacris literis esse. Et nihilominus [2]) hujus sui dicti perpetuo oblitus aliud nihil facit, quam quod sacras literas pro monastice adducit, donec etiam e Christo faciat monachum et ex Maria monialem, quae tamen coniunx fuit saltem desponsata, quod sacrilegium est monialibus Conatoris tanti.

Oro autem te, mi Brismann, ne vincaris taedio tot monstrorum stolidae temeritatis, perge, sicut coepisti, et ostende caeco isti Indagatori, si capere possit, etiam ex ipso Aristotele suo, aliud esse communia et propria dicere. Vel Porphyrium ei in memoriam revoca, qui accidens commune et proprium tam diversum facit. [3]) Ego sane fateor, me victum taedio et nausea legendo, [4]) adeo non solum latinitas, seu potius illatinitas, [5]) verum et ipsa hominis rudissima [6]) temeritas me fregit, qui [7]) nullo versu non stolidissime sibi ipsi contradicit. Tamen ne solus hoc taedium devores, una aut altera parte te levabo, ne insignis ille Conator indigne ferat, tot libris nihil potuisse ex me extorqueri responsionis: cupit forte et ipse fieri vir famosus.

Primum illud accipio capitale totius sui libelli, quod gloriatur, monasticen non esse contra Scripturas, ne jota quidem, ideo sentiendum esse secundum illud Christi: *Qui non est contra nos, pro nobis est.* Haec ille.

Vide, quaeso, quam diligenter iste Conator meum libellum [8]) legerit, in quo hoc unicum egi, ut probarem, ipsum monasticum institutum ex natura sua esse contrarium sacris literis: quae argumenta omnia sic solvit: non est contra, ergo est pro. Hoc sic intelligere me cogit: Scriptura sancta non nominat monachos suis nominibus, et ne una [9]) quidem jota meminit hujus vocabuli: Minoritae, Augustinens., Carthusiens. [10]) etc.: ergo non sunt contra. Sic [11]) nec Arius, nec Pelagius, nec ullus haereticus contra Scripturas, sed omnes pro Scripturis sunt.

---

1) Vit. applicavi. 2) Vit. Nihilominus tamen. 3) Vit. — Oro .... facit. 4) Vit. † ejus inepto libro. 5) Vit. latinitas minoritica. 6) Vit. et hom. stultissima. 7) Aurif. — qui. 8) Vit. † de votis. 9) Vit. uno. 10) Vit. Minorita, Augustinianus, Carthusianus. 11) Vit. ad hunc modum.

Tamen ut cum crasso cerebro crasse loquar, partior vitam hominis in duo, vel enim agit cum inferioribus, vel cum superioribus sese. Cum inferioribus agere permittit Deus etiam ea, quae ipse non ordinat sacris literis, ut aedificare, pascere pecus, emere, et ut Petrus vocat creaturas humanas, id est, ordinationes facere. In his non est opus, ut verbum Dei expectes, sed potest haec [1]) etiam Jethro gentilis Mosen sanctum docere, eo quod (Genes. I.) homo positus sit rerum dominus, ut per rationem ea disponat, quae sunt sese inferiora, pro suo arbitrio. Nam in his non est situs cultus Dei, et fiunt tam ab impiis quam piis. [2]) Dispersa sunt haec omnibus gratuito, bonis et malis, ut dicit Matth. VI. [3])

Sed cum superioribus agere, id est cum Deo, non permisit Deus unquam aut permittit, sed quicquid hic fieri debet, hoc debet non nisi certo et expresso mandato Dei fieri, eo quod nesciat homo per se ea, quae supra se sunt, hoc est, quid Deus velit, nisi suo verbo sese revelarit, sicut inferiora homine nesciunt, quid homo velit, nisi signo sese ostenderit eis, ut percutiendo, frenando, levando etc. Ideo hic non satis est dicere, non est prohibitum in sacris literis, sed oportet dicere, hoc est mandatum, imo hoc ipso, quo non est mandatum, vere est prohibitum. Quia non licet hominem sese regere supra se, ubi solius Dei est regere, hoc enim ipso arrogat sibi sedem Dei cum Lucifero, et cum Adam vult aequalis esse Deo. Hoc est, quod in Mose, ubi ea fieri debent, quae ad Deum pertinent, toties verbosissime, sed summa necessitate repetuntur: *Locutus est Dominus, dixit Dominus, sic praecepit Dominus, sic* [4]) *mandavit Dominus.* Et prorsus nihil ibi geritur, nisi verbo Domini praevio. Quin [5]) Deut. XII. dicitur: *Non facias Domino Deo tuo, quod tibi rectum videtur.* [6]) Sic Nadab et Abihu exusti sunt igne Domini, nullo prorsus peccato, nisi quod optimum opus non praecipiente Domino, ut Mose scribit, fecerunt. Et quid est universa Prophetia, sed et tota Scriptura, quam ne quicquam boni faciamus coram Deo, sine certo mandato Dei?

---

1) Vit. hic. 2) Vit. fiunt indiscriminatim tam a piis quam a impiis. 3) Vit. docente Christo Matth. V. 4) Vit. locutus est Dom., item praec. Dom., dix. Dom., item. 5) Vit. — Quin. 6) Vit. † Quasi diceret: Facias inferiori tuo, quod tibi rectum videtur, sed non Domino superiori, imo sinas Dominum tibi facere, quod sibi rectum videtur.

Desinat ergo Schatzgeyr miserabilis [1]) gloriari, non esse contra Deum monasticen. Si non est contra Deum, fatemur et nos esse pro Deo. Nunc autem eo ipso contra Deum est, quod sine verbo Dei est. Proinde non debuit hoc probare, quod nihil in sacris literis de monastice proprie diceretur, sed quod aliquid de ea diceretur: affirmativam, non negativam probare [2]) debuit. Si enim monasticen tale quid esse permitterent, qualia sunt ea, quae hominibus inferiora diximus, [3]) tolerabilem esse dixi, non uno loco, etiam in libello de votis. Nunc autem eam [4]) inter ea numerant, quae superiora sunt, tanquam cultum Dei singularem: hoc sacrilegum et abominabile et tota perversitas est, sicut abunde dixi.

Si autem id verbi adeo Schatzgeyerum in spem erigit, quod Christus dicit: *Qui non est contra vos, pro vobis* [5]) *est:* cur non dejicit eum illud ejusdem Christi: *Qui non est mecum, contra me est?* Christus autem ipse prorsus nihil gessit erga Deum, quod non mandasset Pater, sicut [6]) dicit: *Sicut mandatum mihi dedit Pater, sic facio.* Ergo contra eum est, qui sine Patre mandante quicquam facit. Nam si Schatzgeyerus recte interpretatur: *Non est contra nos*, id est, non est prohibitum, recte quoque ego interpretor: *Non est mecum*, id est, non est praeceptum. At illud non esse mecum, Christus vocat contra me esse, id est, ut [7]) non praeceptum idem sit, quod prohibitum.

Et ille sane, de quo Christus dicit: *Pro vobis* [8]) *est*, non suo arbitrio, sed vocante Deo daemonia ejecerat. [9]) Id quod Christus ex fructu illius probat, dum dicit, neminem posse male loqui de se, qui in nomine ejus virtutem aliquam fecerit. Sic enim et multi alii sancti multa fecerunt mirabilia, sed nullus unquam quicquam sine vocante Deo, vel intus, vel foras, [10]) quae tamen vocatio probabatur signo aliquo. Vide ergo, quam aperte Conator ille Scripturas tractet, ut ea, quae de praeceptis ac divinitus gesta sunt, applicet iis, quae humana temeritate sine praeceptis Dei eliguntur.

Nam [11]) et illud quod de ejiciente daemonia Christus dicit: *Pro vobis est*, ad omnes prorsus Christianos pertinet. Neque

1) Vit. mis. Sch. 2) Aurif. falsch probari. 3) Vit. ostendimus. 4) Vit. ipsam. 5) Aurif. nos — nobis. 6) Vit. quemadmodum. 7) Vit. — ut. 8) Aurif. nobis. 9) Aurif. dejecerat. 10) Vit. foris. 11) Vit. Quia.

enim *pro vobis* idem est, quod pro religiosis et monachis, sed pro omnibus: scilicet quod omnes Christianos oporteat illum imitari, non quidem simile opus patrando, sed eadem fide, eadem obedientia, eodem spiritu operando. Non enim omnia membra eundem actum habent, omnia tamen eundem animum, [1]) eundem spiritum, eandem vitam habent. Ut iterum videas stoliditatem Indagatoris, qui communia Christianorum facit propria monachorum. Nam et ipse plane eo trahit illud *pro vobis*, ut pro exemplo imitabili velit accipi. Si autem imitationem non refert ad fidem et spiritum, sed ad externum opus, tunc multo magis insanit, cum nullus unquam monachorum daemonia ejecerit. Atque fieri oporteret, ut monastice nihil nisi externa daemonum ejectio esset, ut illum imitarentur, de quo gloriatur: *pro vobis est.*

Quod si *pro vobis* dictum est, non de imitationis exemplo (sicut ego credo), sed de operationis consortio, ut sit *pro vobis*, idem quod cooperator, quomodo Paulus dicit, Rom. VIII: [2]) *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Et iterum: *Omnia cooperantur electis ad bonum.* Iterum sequitur, solum de iis intelligi, qui sub eodem praecepto eodemque spiritu aguntur, et non possit intelligi [3]) de iis, qui suo arbitrio sine verbo Dei fuerunt. [4]) Quare inepto isti et caeco Indagatori non docendum erat, esse quaedam contra nos, quaedam pro nobis, id quod sine suis Scrutiniis, Indaginibus, Conaminibus pulchre sciebamus, sed probandum, monasticen esse pro nobis, et non contra nos, quod [5]) pro cultu et obsequio Dei haberetur. Tolerabilem vero, [6]) si pro libero quodam corporis exercitio temporaliter vel perpetuo teneretur. Haec de primo satis.

Alterum quoque tractabo, quod inducit ex Hieremia Rechabitas, qui mandante patre Jonadab perpetuo abstinebant a vino et agricultura et domibus aedificandis, quare hoc exemplo licet monasticen vovere perpetuam, cum illos eximie laudarit et munerarit Dominus. Vide, quaeso, et minoriticam Theologiam, [7]) quae in Scripturis nihil videt, nisi cucullos et calopodia sua. Sed videamus eum locum. Commendatur

---

1) Vit. eandem animam. 2) Vit. ut P. Rom. VIII. dicit. 3) Vit. — et non possit intelligi. 4) Vit. feruntur. 5) Vit. et quo jure. 6) Vit. tolerabilem enim ipse dixi. 7) Vit. quaeso Theol. min.

enim ibi parentum autoritas et filiorum obedientia, atque [1]) hanc laudat Deus, quam et tanto rigore praeceperat in Decalogo. Sed quid haec, rogo, ad monasticen sacrilegam, quae fere semper contra parentum autoritatem filios attrahit, et prorsus extinguit obedientiam illam divinitus statutam, sua abominabili, execrabili et electitia obedientia?

Tu impia Cuculla, [2]) quis te docuit divinas voces sic interpretari, ut oculos in opera sola figens, obedientiam et Dei verbum [3]) omittens, id quod de divinis praeceptis dictum est, torqueas perpetuo ad monachorum temeraria studia et inventiones? Da parentem praecipientem filiis, et adhuc dicam, oportere ei obediri. Non quia parens homo sic praecipit et ordinat, sed quia Deus praecepto suo illius praeceptum instituit, et obedientiam exigit. Si vero Schatzgeyerus recte hoc exemplum [4]) tractat, necesse est, monachos esse carnales parentes suorum monachorum: si parentes non sunt, quam dignis modis se ipsum ridet tam stupidus Conator, transferens exemplum paternalis [5]) autoritatis et filialis obedientiae, utriusque a Deo institutae, ad larvatam [6]) illam hominum et somniis excogitatam sine verbo Dei autoritatem et obedientiam. O Monachos idiotas et truncos insensatos. Vos audetis scribere libros? [7])

Certe parentum autoritas major est omni autoritate, quae sub Deo est. Nam nulli [8]) dubium est, quin Isaac recte fecerit, obediens patri suo Abraham [9]) ad mortem, cum tamen nihil a Deo [10]) dictum esset Isaac, nisi hoc unum: *Honora Patrem* etc. Proinde si paterna autoritas, ubi res poscat, [11]) in vitam et corpus quoque filii dominatur, ut et occidere et vendere possit, ut Exodi XXII. scribitur: quid novi est, in escam et vestem quoque dominari? Sed non mox talia exempla [12]) parentibus etiam ipsis imitanda sunt, sicut fecerunt reges Israel, sacrificantes exemplo Abrahae filios suos idolo Moloch, arbitrati [13]) se Deo obsequium praestare. Quanto minus licet homini cuiquam, qui parens non est, sine singulari

1) Vit. scilicet. 2) Vit. impie Minorita. 3) Vit. verbum D. 4) Vit. h. e. r. 5) Vit. patriae. 6) Vit. et praeceptae ad larvalem. 7) Vit. qui tamen audent scribere libros. 8) Vit. non. 9) Vit. Abrahae. 10) Vit. a Deo nihil. 11) Vit. postulat. 12) Vit. Sed tal. ex. non ideo statim. 13) Vit. arbitrantes.

Dei mandato alienos filios attrahere et sibi subdere, et parentes autoritate, et filios obedientia spoliando, hoc est Deum ipsum cum suo praecepto negando. O festivam monasticen, pulchre scilicet per exemplum Rechabitarum probatam, et inventam sacrilegam, [1]) adversariam exempli Rechabitici, et [2]) execrabilem vastitatem divini mandati, paternalis [3]) autoritatis et filialis obedientiae.

Sunt praeterea et adhuc alia in monastice, quae pugnant exemplo Rechabitico. Et quid non pugnaret, quando summa ipsa pugnat? Primo Deus non laudat opera, sed obedientiam. Nam etsi alia opera mandasset, aeque laudasset obedientiam eorum: monastice vero tota in certis operibus mersa est. Deinde certum est, Rechabitis non sic esse talia praecepta a patre suo, quod his operibus quendam cultum Dei singularem erigerent, hoc enim fuisset impium, nec hoc dicit Jeremias (nam nihil prorsus geri debet in cultu Dei, sine certo verbo Dei, ut diximus,)[4]) sed usi sunt eo exercitio libere, pro corpore suo, sicut alius agricultura. Hac modestia non incedit monastice nostra, sed Satana vehente ambulat supra se in mirabilibus et magnis, faciens [5]) suis studiis non modo cultum Dei, sed fere unicum et summum cultum Dei, absque ullo mendato Dei. Nam nisi cultum Dei praetexerent, nullus accederet, nullusque maneret. Hic est ille Baal Peor impudentissimus, statuere temeritate propria altare novum, et cultum Dei erigere singularem.

Adde quod Rechabitarum libera illa et corporalis sanctio non ferebatur super res spirituales, quae in manu nostra non sunt. Non enim illis mandabatur continentia, aut quicquam [6]) quod ad animam pertinet, sed super vinum et [7]) fruges et aedes, quorum nihil non est in manu nostra. At nostra monastice plane furiosa ad ea urget, quae in nostra manu non sunt, nempe ad castitatem. Nam neque Jonadab licuisset filiis suis imperare, quod in manu eorum non esset, etsi paterna potiretur autoritate. Et isti insani et alieni super filios non suos imponunt impossibilia illis absque ulla autoritate. O furor et abominatio. Et adhuc Thesaurivora iste audet comparare monasticen cum oeconomice, cum differant sicut infernus et coelum.

---

1) Vit. † et. 2) Vit. — et. 3) Vit. paternae. 4) Vit. ut dix. sine v. D. 5) Vit. † e. 6) Vit. † aliud. 7) Vit. — et.

Quod facit, quia caecus in operum similitudinem fertur, et rationem ac formam operum negligit, sicut est mos simiarum istarum, ut satisfaciat nomini suo, et sic vere *Schatzgeyer*, id est qui nobilissimos thesauros vorare studet, scilicet fideles conscientias juventutis.

Quin et hoc certum est, non fuisse praeceptum Jonadab tam rigidum, ut si casus tulisset, non potuerit dissolvi aut dispensari, quemadmodum Christus de sabbatho docet, Matth. XII. Absit, ut Jonadab, vir sanctus, rigidius voluerit suum praeceptum servari, quam Deus suum, ac non potius, ubi periculum corporis aut animae ingruisset, jusserit omitti. Satis erat, quod hoc insigni exemplo probaretur, quam grata sit obedientia parentum, [1] scilicet praevidente [2] Deo futuras illas monachorum abominationes, quibus contrariam obedientiam erant traditori. Haec duo sunt ferme omnium robustissima in speciem totius istius libri, quibus ruentibus nihil aliorum steterit.

Sed in fine miror, cur non illud exemplum Samuelis magis urgeat, ubi Hanna filium vovet Domino. Breviter et illud transeamus, ne cuiquam infirmo scrupulum faciat. Primum et hic parentis est autoritas, sicut in Rechabitis, et solum super corpus et rem externam, quae in manu Samuelis essent. Non enim castitas, quae in nullius manu est, vovebatur a matre, ut sic iterum duplici forma sit longe contrarium votum monasticis votis. Tertio, votum hujusmodi divinitus praescriptum et institutum erat Levitici ultimo, quod Deus sic curaverat, ut si quis vovere vellet, hoc ritu voveret, ne vota eorum essent temeritatis humanae figmenta sine verbo, qualia sunt monachorum. Nunc vero cum ceremoniae illae cessarint, nullum est reliquum votum divinitus praescriptum, quam baptismi.

Haec volui, mi Brismann, tecum parare, ne solus taedio afficereris in libello isto, plane longe minoritissimo, [3] in quo homo iste [4] miserabilis sic omnia divina et humana confundit, ut videatur a Satana ipso [5] obsessus. Obsecro, quis hoc non soli Satanae tribuat, tanta audacia torquere et depravare divinas voces, quae omnibus Christianis dictae sunt, ad sectas

1) Vit. filiorum erga parentes ob. 2) Vit. praev. sc. 3) Vit. plane minoritico. 4) Vit. ille. 5) Vit. † omnino.

non christianas, et ex iis quae praecepta sunt, statuere, quae praecepta non sunt? Nonne hoc est os in coelum ponere, Sanctum Dei blasphemare, et totam Scripturam negare? Ah, discite, miserabiles et infelices monachi, aliquando cum timore et reverentia divina tractare, moniti tot exemplis, qui hactenus summis ludibriis se ipsos traduxerunt, praesertim hujus Schatzgeyeri, qui non potuit ante quiescere, quam sua insipientia manifesta fieret omnibus. Scilicet sic ostendit semper mendaces sapientia, qui sese maculant, et tamen illi inphryniti nec maculare nec mentiri unquam cessant. Gratia sit tecum, in qua bene vale.

Tuus Martinus Lutherus.

---

12. Januar. *) N°. CCCCLXII.

An den Rath zu Stettin.

Antwort auf die Frage, ob die Domherren verbunden seyen, gemeine Last der Stadt gleich andern Bürgern zu tragen, welche Frage bejahet wird.

Dieses Sendschreiben erschien im Druck unter dem Titel: Unterricht dem Rath zu alten Stettin zugeschickt der geistlichen Freyheit betreffen. Doctor Martin Luther. Wittenberg. 1523. 2 Bl. stark. S. Panzer Ann. II. S. 166. No. 1812. Jen. VIII. 377. Wittenb. XII. 212. Altenb. VIII. 590. Leipz. XXII. 304. Walch XXI. 34.

Den ehrsamen und weisen Herrn, Burgermeistern und Rath der Stadt alten Stettin, meinen besondern gunstigen Herren.

Gnad und Friede in Christo. Ehrsamen, Weisen, lieben Herren und Freund, Euer Weisheit Schrift, sampt der Unterrichtunge des Handels zwischen euch und den Dumherren, hab ich entpfangen, und vernomen; und dieweil ihr mein Gutdunken und Meinung begehrent, weiß ich euch meinen Dienst nit zu versagen.

Erstlich laß ich den Vertrag, so zwischen euch aufgericht, in seinen Wirden stahn; denn ich mich versehe, das Recht (lauts des Vertrags,) werd euch hierinnen wohl helfen. Aber die Sach an ihr

*) In der Jen. Ausgabe ist dieses Sendschreiben unter das J. 1546 gestellt.

selbest, und obschon kein Vertrag je geschehn wär, ist dergestalt, daß, wenn die Dumherren wollten christlich und gottlich handelen, sollten sie (unangesehen aller ihrer kayserlicher oder päpstlicher Freyheit, Vertrag, Recht und Gewohnheit,) sich selbest williglichen ergeben, gemeine Last der Stadt gleich andern Burgern tragen.

Darzu sind sie es schuldig zu thun aus dem Evangelio, da Christus Matth. 17, (27.) dem Kaiser Zins gibt, und Matth. 22, (21.) spricht: Gebt dem Kaiser, was des Kaisers ist; und Paulus Röm. 13, (1—7.) spricht: Ein igliche Seele sey der Oberkeit unterthan,[1]) und gebet[2]) Schoß, dem Schoß gebuhrt 2c., Zoll, dem der Zoll gebuhrt, desgleichen auch St. Peter lehret.[3]) Aus diesem Gebot hat er niemand gezogen, er sey Priester oder Lai, will er anders Christen seyn.

Und ob sie wollten furgeben, daß Kaiser und weltlich Oberkeit haben sollichs zu thun sich selbest begeben und bewilligt; so ist offenbar, daß der Kaiser nit mag vergeben, das nicht sein ist, oder das wider Gott ist. Dazu, ob es bestund solch Begeben, dieweil doch nun solch Freyheit aller Welt zu schwer worden und in unträglichen Mißbrauch gekomen: ists wider Gott gewesen, Liebe, auch wider Vernunft und Recht, sie länger zu dulden, sunder sie sind schuldig, umb gemein Beschwerung zu meiden, sich deß alles verzeihen. Aber dieß ist ein Volk, das wider bruderlich noch christlich gedenkt zu leben, sunder mit dem Kopf hindurch trutzen, bis daß sie des Hasses zu viel auf sich laden. Darumb weiß ich hie nit wieder Rath, denn daß sie E. W. solcher christlicher Pflicht freundlich erinner; wo das nit hilft, darzu thun durch gemein Ordenung, daß sie nach dem Evangelio der Oberkeit unterthan sind. Wenn dieß ist unchristlich, ja auch unnaturlich ist,[4]) gemeins Nutzs und Schutzunge genießen, und doch nicht auch gemeine Last und Abbruch tragen, andre Leut lassen arbeiten, und sie einernten: sonderlich dieweil nun offenbar worden ist, daß man ihres Wesens nichts bedarf, und sie nichts darfur thun, sonder uns bisher vorfuhret haben mit ihren geistlichen Jahrmärkten. Hiemit befiehl ich euch Gott, der E. W. sein Genad gebe, solchs und alles anders christlich und seliglich ausfuhren, Amen. Geben zu Wittemberg am Sonntag nach Epiphanias.

Martinus Luther. D.

1) Gew. T. Jedermann sey unterthan der Obrigkeit 2c. 2) Gew. T. † Jedermann was ihr schuldig seyd. 3) Gew. T. 1 Petr. 2, 13: Seyd unterthan 2c. 4) G. T. Denn es ..... ist, gemeines Nutzes und Schutzes genießen.

12. Januar. N°. CCCCLXIII.

An Spalatin.

Bitte um Nachricht wegen gewisser übersandter Briefe, Zurücksendung der Sätze des Serranus, Empfehlung der Bittschrift zweyer Mönche.

Bey Aurifaber II. 120. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 162. Deutsch bey Walch XXI. 823.

Georgio Spalatino, Evangelistae aulae Saxoniae. 1)

Gratia et pax. Dedi ad te literas Matthaeo Posch *) reddendas, qui et literis et verbis heri a me postulavit responsum, unde conjicio nondum a te redditas, vel certe interceptas esse: si quid ergo certi habes, certum et me facito.

Remitto positiones Serranas: **) literas Ducis Georgii ad me et meas ad illum statim videbis: ***) mallem enim apud ipsos primum vulgari.

Ne praesumas, me denuo in angulum reversurum esse, insaniant Behemoth aut squamae ejus. Monstra quotidie crebrescunt, nam te audisse credo de terrae motu in Hispania.

Fatigarunt me isti duo supplices, ut eorum supplicationem per te Principi insinuarem. Ego etsi spem non habeo impetrandi, cum fuerint monachi, quibus Princeps nondum vult palam patrocinari, misi tamen, ut per te habeam, quod eis respondeam, ne putent me potuisse et non voluisse eis servire in hac re. Tu ergo fac, quod nosti, et responde. Alias literas puto te accepisse. Vale. 12. Januarii, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

1) Nach Cod. Jen.

---

*) S. Br. v. Dec. v. J. No. CCCCXLVIII.
**) Vgl. die Br. v. Dec. v. J. No. CCCCXLIII. CCCCL.
***) Vgl. d. Br. v. 3. Jan. No. CCCCLIX.

15. Januar. No. CCCCLXIV.

An Spalatin.

Von der Promotion zweyer Mönche aus dem Kloster zu Wittenberg, der Aufhebung des dasigen Stifts, und der Gewährung beyder Gestalten im Abendmahl, welche man nunmehr nicht mehr verweigern dürfe. Er übersendet ihm Herzog Georgs Brief (vgl. d. Br. v. 3. Jan. CCCCLIX.)

Bey Aurifaber II. 112. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 162. Deutsch bey Walch XIX. 2221.

D. Georgio Spalatino, Evangelistae aulico, suo in Domino. 1)

Gratia et pax. Aula *) nostrorum Patrum erit altera die purificationis Marianae, ita expectamus tuam promissionem. Rationem mutandae sanctificationis Amaziae **) ex prioribus literis didicisti, aliam non habeo. Utramque speciem libere dandam et accipiendam deinceps censeo. Satis enim hactenus infirmis indultum est, et ubique res ista jam cantata et nota, cum ferme assueti sint et majora ferre. Tempus est, ut Evangelio locus fiat, et ferme jam non infirmi, sed potius pertinaces, qui rei tam notae et cantatae usu offenduntur. Itaque libertate utamur in hac causa.

Literas meas ad Ducem Georgium forte jam vidisti: vix enim credo, eas ab ipso non sparsum iri palam, praesertim ad nostrum Principem et Senatum Caesaris. Nam ego caveo, ne primum a me vulgentur. Mitto autem ipsius ad me literas, missurus et meas, si nondum habueris. Vale et ora pro me. Witembergae, feria 4. post Octavam Epiphaniae, MDXXIII.

T. Martinus Lutherus.

1) Nach Cod. Jen.

*) Die Doctorpromotion der Paters Westermann und Gottselig. Vgl. No. CCCCLVIII. und den folg. Br. Aurifaber und Walch haben es von der Hochzeit verstanden. **) Das Stift zu Wittenberg.

16. Jänner. No. CCCCLXV.

An Wenc. Link.

L. gab mit Melanchthon in dieser Zeit heraus: Deutung der zwo greulichen Figuren Bapstesels zu Rom und Münchkalbs zu Freyberg in Meissen funden. (Wittenb. IX. 184. Jen. II. 285. Walch XIX. 2403.) L. bemerkt, daß er die Deutung des zweyten Monstrums übernommen habe. Dann von der Promotion jener zwey Mönche und W. Links Verheurathüng.

Bey Aurifaber II. 113. Deutsch bey Walch XXI. 822.

Gratiam et pacem. Unum monstrorum ego interpretor, modo omissa generali interpretatione monstrorum, quae significant certo rerumpublicarum mutationem per bella potissimum. Quo et mihi non est dubium Germaniae portendi vel summam belli calamitatem vel extremum diem: ego tantum versor in particulari interpretatione, quae ad monachos pertinet.

De Melchiore Mirisch sum contentus, expugnavit *) et ipse sese utcunque. Aulam habebunt Pater Joannes Lip **) et Gottseligius: proxima post purificationem suas solennitates celebrabunt, ubi te interesse volumus, si prae tuis nuptiis potes. Nam tuis nuptiis omnia praeferemus et aderimus omnes huic quoque monstro in oculis Papistarum: hic scilicet est modus, quo a vicariatu libereris. Vale et ora pro me. Die Marcelli, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

23. Jannar. No. CCCCLXVI.

An Spalatin.

Von Serranus (Fransc. Lambert), welcher angekommen, und für welchen L. um Unterstützung bittet. In der Nachschrift von Briefen und Auffoderungen einiger Fürsten an Luther.

Bey Aurifaber II. 121. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 163. Deutsch bey Walch XXI. 824.

*) Viell. expurgavit? Vgl. Br. v. 12. April 1522. No. CCCLXXXII. u. v. 11. Jun. No. CCCCVII. **) No. CCCCLVIII. hieß er Westermann.

D. Georgio Spalatino, aulico Ecclesiasti, Christi servo, suo in Domino. 1)

Gratia et pax. Adest Joannes ille Serranus, vero nomine Franciscus Lambertus, imaginibus quoque nobilis, inter Minoritas 20 annos versatus et generali verbi officio functus, ob persecutionem exul et pauper factus. *) De integritate viri nulla est dubitatio: testes sunt apud nos, qui illum et in Francia et in Basilea audierunt, tum Basiliensis Suffraganeus ille Tripolitanus cum Pelicano dant illi pulchrum testimonium. Et quanquam nos abundemus lectoribus optimis, tamen si quid poterit, non abjiciemus: mihi per omnia placet vir, et satis spectatus mihi est, quantum homo spectari potest, ut dignus sit quem in exilio paululum feramus et juvemus. Sed tu meam nosti facultatem, ut non sit opis meae illum alere, qui ipse alienis vivo. Videretur mihi Principi persuadendum, ut jam non perdat, sed in charitate Christo foeneret, 20 aut 30 florenos in eum collocandos, donec vel a suis tribulibus vel proprio stipendio sese sustentet de labore suo. Er wird nicht lang hie bleiben, acht ich wohl, denn er seins Gleichen oder Meister wohl finden wird. Tantum ut exulis misereamur. Vale in Domino.

Marggraffus ex Praga scripsit ad me, excusans se de quadam contumelia suo nomine mihi illata, addens, et Principi quoque nostro de eadem scripsisse. Magister Livoniae quoque ex me petiit per nuntium et per Cancellarium eruditum virum, ut libellum ad suos populos scriberem de re christiana, aluntque ibi verbi praedicatorem, et gaudent se Evangelion habere. Sic a Judaeis transit Christus ad gentes, et de lapidibus fiunt filii Abrahae, quem sui nepotes persequuntur. Etiam Princeps Anhaltinus Joannes per Doctorem Hieronymum et Franciscum quendam monuit, ut purgarem me ab ignominia, quod Ferdinandus Nurnbergae palam me arguerit novo quodam articulo, nempe Christum esse semen Abrahae a me doceri. **) Ego frenesin primum joco accepi, verum sic asserentibus, verum esse credere coactus sum. Vide monstra et dignos rerum christianarum vindices. Witembergae feria 5. post Hagnem, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

1) Aurif. — suo. in D.

---

*) Vgl. No. CCCCL. v. 26. Dec. vor. J. **) Dadurch wurde L.'s Schrift: daß J. Chr. ein geborner Jude sey, veranlaßt.

Anfang des Jahres. *) N°. CCCCLXVII.

An Nic. Gerbellius.

Er übersendet Melanchthons Anmerkungen über das Ev. Johannis, damit sie G. zum Druck befördere.

Bey Aurifaber II. 150. b. Deutsch bey Walch XXI. 854.

Gratia et pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo. Sublegeram *) jam ante Philippi nostri annotationes in tres epistolas Pauli. In qua re cum non liceret irasci in furem Lutherum, hoc tamen se putabat egregie in me vindicatum, quod libellus typographorum negligentia satis mendosus exierat, ut et me prope puderet et pigeret furti tam male locati. Ille interim me risit, sperans fore, ut furtis ejusmodi deinceps abstinerem, meo periculo doctus. Ego autem risu eo nihil motus, auxi meam temeritatem, et jam non furor, sed per vim rapio, frustra retinente autore, annotationes ejus in Joannem Evangelistam. Quas tamen nolo verbis ornare, sese commendabunt lectori, ne rursus nasus ejus et rugae mihi ferendae sint. Non enim modestiae studio sui et suarum rerum contemtor est, sed quod christiano affectu omnia nostra nihil esse credat, soli autem Christo omnia deberi tam obstinate, ut mihi plane videatur saltem in hoc errare, quod Christum ipse fingat longius abesse cordi suo, quam sit revera. Nec mihi aliter suadenti amplius credit, adeo profecit, et me superavit: novissimi sic fiunt primi, et primi novissimi. Denique testatur sese harum annotationum non velle autorem agnosci. Certe nimis nullus est Philippus in hac parte Ecclesiam juvando. Mallem et ego nullos esse uspiam commentarios, solis et puris regnantibus ubique Scripturis, viva voce tractatis. Sed quomodo Ecclesia carere possit commentariis Scripturas saltem indicantibus, non video, quales Philippi sunt. Et quis non videt Epistolam ad Hebraeos esse prope commentarium? Item Pauli ad

---

*) Die Annotationes in Ev. Joh., welche hier Luther überschickt, erschienen schon im Mai in Basel. War dieß nicht ein von Luther unabhängiger Druck, so muß dieser Brief schon zu Anfang des Jahres geschrieben seyn.

**) Walch übersetzt: ein wenig gelesen; es heißt: gestohlen. Vgl. Br. vom 29. Jul. 1522. No. CCCCXXIV.

Romanos et Galatas? Quis enim sic tractaturus erat sacras Scripturas, nisi Paulus sic tractandas esse monstrasset? At hoc monstrare, ego appello commentari. Hoc solum a Philippo petitur. Ipse vero alia sibi de se ipso somniat peti.

Igitur ad te mitto hoc meum latrocinium, optime Gerbelli, ut et apud vos studeatis vehementer commune et vulgare facere, quantumvis invito autore. Nam spero Johannem Secerium *) daturum operam, ut emendatius et acuratius excudatur, quam furtum meum antea excusum est. Quanquam si inexorabilis Achilles iste voluisset ipse per sese rhetoricari in hoc libello, multum lucis forte et gratiae addidisset. Nunc si etiam aliquid defuerit vel dispositioni vel eloquentiae, tamen ipsa sapientia et veritas satis adfert gratiae et lucis. Veracem enim et sapientem jactabit is liber Philippum, nisi Christus non sit veritas et sapientia, quem spirat et docet, licet cum Christo et ipse eligat stultus esse et dici. Atque utinam nos quoque sic stulti essemus cum ipsis, ut liceret gloriari: *stultum Dei sapientius est quam homines.*

Gaudeo valde Joannem Oecolampadium Basileae Isajam profiteri, quanquam audio id multis displicere. **) Sed ea est fortuna christianae doctrinae. Dabit et per eum virum nobis Christus aliquid lucis seu commentarii in Prophetas, id quod vel cum primis desiderant nostra saecula. Vale, mi Gerbelli, in Christo, et ora pro peccatore et stulto Luthero. Saluta omnes nostros in Domino. Witembergae, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

23. Januar. N°. CCCCLXVIII.

An Nic. Gerbellius.

Ermahnung zur Standhaftigkeit im Bekenntniß der reinen Lehre.

Bey Aurifaber II. 122. Deutsch bey Walch XXI. 825.

*) Wirklich erschienen diese Anmerkungen bey diesem Buchdrucker zu Hagenau. **) Vgl. Br. v. 20. Junius. No. DVI.

Gratia et pax. Cum nihil haberem quod scriberem, optime Gerbelli, occurrit illud, quod omnium maxime scribendum erat, nempe, ut te vicissim monerem, ne in tanto scandalorum tumultu dissimilis tui fieres. In quam rem tibi restituo sponsam illam, quam tu mihi olim exhibuisti, *) adhuc certe integram et inviolatam. Deinde quod mirum et novum in ea muliere est, rivalium infinitorum appetentissimam et patientissimam, eoque castiorem quo pluribus desponsata sit, ubi nec timida rivalis cruciat, sed maxime confoederat: hanc quaeso vel nobiscum habeas communem. Salutat te rivalis noster Philippus Nigra terra. Vale bene cum uxore adolescentiae tuae. MDXXIII. feria 5. post Hagnetem.

Martinus Lutherus.

---

5. Februar. N⁰. CCCCLXIX.

An Hans von der Planitz.

H. v. Planitz, der sich als kurfürstl. Geschäftsträger beym Reichs-Regiment zu Nürnberg aufhielt, hatte L. wegen seines heftigen Schreibens an Herzog Georg getadelt, wogegen sich L. vertheidigt.

Wittenb. IX. 169. Jen. II. 186. Altenb. II. 282. Leipz. XVIII. 316. Walch XXI. 37.

Gnade und Friede in Christo, Gestrenger Herr und Freund! Ich hab Ew. Gnaden Schrift, Herrn Johann Gülden betreffend, sampt der freundlichen Ermahnung meines harten Schreibens, fröhlich empfangen, und bedank mich gegen E. G. beyde der Gunst und Freundschaft, von mir unverdienet.

Doch will ich E. Gn. guter Meinung nicht verhalten, daß ich hoff, mein Schreiben soll niemand zu Schaden kommen. Und ob Herzog Georg meinen gnädigsten Herrn, unbeklagt und unbeschüldiget, würde antasten, bin ich der Zuversicht, mein Herr Christus soll ihm wehren. Wird er aber beklagt, so kann er je reichlich bewähren, daß S. K. F. G. mir allzeit wider gewesen ist in solchem har-

*) Vgl. No. CCCXLIII.

ten Schreiben, oft mir auch lassen wehren, und einen großen Mißfallen darinnen gehabt, daß mirs alles wohl bewußt gewesen. Auch hab ich Herzog Georgen noch nirgend so angetastet, als den Papst, Bischofe und König von Engelland, dazu gar tief mich ihm unterworfen und erboten, daß mich dunkt, ich hab sein fast zu viel verschonet. Denn ich einem solchen tobenden Tyrannen längst hätte sollen baß in die Wollen greifen. Ich weiß auch wohl, daß meine Schriften allesampt der Art gewest sind, daß sie zuerst angesehen gewest, als seyen sie aus dem Teufel, und man besorgte, der Himmel würde balde fallen; aber hernach ists bald anders worden. Es ist itzt ein ander Zeit, daß man die großen Häupter, vorhin ungewohnet, antastet; und was Gott im Sinn hat, wird man sehen zu seiner Zeit.

Nicht daß ich mich damit entschüldige, als sey nichts menschlichs an mir; sondern daß ich mich deß rühmen kann mit St. Paulo, ob ich gleich zu hart bin, daß ich dennoch je die Wahrheit gesagt habe, und mir niemand kann Schuld geben, daß ich geheuchelt hab. Soll ich je einen Feyl haben, so ist mirs lieber, daß ich zu hart rede, und die Wahrheit zu unvernünftig herausstoße, denn daß ich irgend einmal heuchelt und die Wahrheit inne behielt. Verdreußt es aber die großen Herrn, mein frey hartes Schreiben, so lassen sie mein Lehre unverworren, und warten des ihren; ich thue ihnen kein Unrecht. Sündige ich was daran, das sollen nicht sie, denn ich nur recht thue, sondern Gott allein, vergeben.

Das wollt Eu. Gn. in aller treuer Freundschaft aufnehmen, und guter Zuversicht seyn, daß Christus auch seiner Feinde Herr ist, und kann uns halten, das er uns zugesagt hat, wenn wir bitten: daß ohne Zweifel nicht soll Noth haben fur den Brandschwänzen Syriä und Samariä. Hiermit Gott befohlen. Mittwoch nach Purificationis, Anno Domini 1523.

Martinus Luther.

---

9. Februar. N°. CCCCLXX.

An Spalatin.

Empfehlung eines verehlichten Priesters; von Angelegenheiten des Klosters und Stifts in Wittenberg.

Bey Buddeus p. 24. Vgl. Cod. Jen. a., f. 242. Deutsch bey Walch XXI. 826.

D. Georgio Spalatino, Ecclesiasti aulico, suo in Domino.

Gnad und Fried. Hunc sacerdotem conjugatum rogantem, ut ad te sibi aditum pararem, commendo, et quoad poteris, adjuva. Non potui ei negare id officii. Caeterum si non potest fieri, ut in manus Principis resignetur Dabruna, fiat quod potest. Sed interim nos nihil ea utimur, Staupitio nihil pendente, nisi Princeps denuo eum coëgerit. Decanus omnium Sanctorum ibit sub terram, tuique officii pars erit juvare, ne similis ingenii recipiant Decanum. Jonas Justus praepositus Crotum censet idoneum, tu ipse nosti hominem. Vale. Wittembergae, 1523. feria 2. post Sexagesimae.

Mart. Luther.

Mitte Februars. *) N°. CCCCLXXI.

An Wilhelm Nissenus.

An diesen, einen von Löwen vertriebenen Lehrer, der in Wittenberg eine Zuflucht gefunden hatte, aber im f. J. daselbst in der Elbe ertrank (vgl. Br. v. 2. Jul. 1524.), richtete L. die Schrift gegen Cochlaeus: Adversus armatum virum Cokleum Martinus Lutherus ad Vilheilum Nissenum. Wittenberg 1523. 4. Sie erschien auch zweymal deutsch: Wider den gewaffneten Mann Cocleum D. Martini Luther schöner Bescheid vom Glauben und Werken. 1523.

Lateinisch Viteb. II. 407. (438.) Jen. II. 567. Deutsch Altenb. II. 905.; nach einer neuen Uebersetzung von Zeidler Hall. Th. 160. Leipz. XVIII. 460. Walch XIX. 689.

---

25. Februar. N°. CCCCLXXII.

An Spalatin.

Erneuerung des Gesuchs für Fr. Lampert; von Hartmuth v. Kronberg.

Bey Aurifaber II. 125. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 164. Deutsch bey Walch XXI. 827.

---

*) L. spielt darauf an, daß man damals Faßnacht feyerte.

D. Georgio Spalatino, Ecclesiasti. [1]

Gratia et pax. Remitto tibi literas Melberinnae, mi Spalatine, sed tu nihil respondes pro Domino Francisco Lamperto Gallo, quid apud Principem effeceris: certe vir bonus est et exsul, nobis autem grave est eum alere in totum, gravius autem deserere. Nam absque dubio Christus in ipso pauper est nobis exhibitus, quanquam si nihil tu impetrabis, non deerit Christus aliunde suis. Stipendium non peto pro eo, sed ut aliquando juvetur, vel semel adhuc 10 aut circiter aureis. Sic vides me pro aliis fieri mendicum, qui pro me nihil egeo, sed et Staupitius nihil nobis pendet, forte neque pendebit. D. Hartmuthus[2]) Cronbergius junctus Alberto Comiti a Mansfeld nobiscum est, et utrumque in monasterio prandio excepimus: vir tanta passus adhuc satis firmus in fide stat. Vale et responde. Feria 4. post Invocavit, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

1. März. No. CCCCLXXIII.

An den Probst und die Domherrn zu Wittenberg.

L. ermahnt die Domherrn zur Abschaffung der unchristlichen Gebräuche, welche man aus Schonung gegen gewisse Mitglieder, die nun gestorben seyen, so lange geduldet habe.

Bey Aurifaber II. 126. Deutsch bey Walch XIX. 1440.

Gratiam et pacem. Egregii venerabilesque Domini, cogit me Evangelii causa, quo nos Christus magnifice in hoc loco donavit, his meis literis (quando coram quid facere congruum non erat) V. D. humilem meam precationem offerre, quam rogo per Christum dignentur D. V. benigniter admittere. Sublatus est de medio unus et alter, *) et is praesertim, cujus causa plus quam per annum toleravimus ea, quae in templo et cultu

1) Aurif. — Ecclesiasti. 2) Aurif. Cod. J. Hartmannus.

*) Vgl. d. Br. v. 9. Febr. No. CCCCLXX.

vestro pugnant cum Evangelio nostro. Satis datum est infirmitati amicorum, et video multorum hanc tolerantiam fieri occasionem pertinaciae et ludibrii adversus Evangelion, ut ipsa necessitas et tempus postulent, ut aliquando officium meum suscitem. Quare ad evangelicam normam primo privatim D. V. in Christo moneo, ac requiro, ut communi opera curent aboleri, quicquid abominationis intolerabilis Evangelio hactenus toleratum est. Nam deinceps V. D. latere neque decet neque potest, quid christianum aut non christianum palam in loco isto faciat,[1]) quando tot sermonibus et libris vulgatum est Evangelion, ut id pueri et puellae et paene insensati sciant, et conscientia mea ob creditum mihi ministerium amplius me tacere non est passura. Faciant ergo D. V. id sponte, quod faciendum pulchre norunt, ne mihi necesse sit vos publice offendere. Participes sunt D. V. hujus loci, aëris et omnium rerum, ideo cogitare debent, nobis diutius non esse faciendum, ut communicemus vobiscum solitis abominationibus, deditis adversus Evangelion, quod jubet vitare fratres, qui non acquiescunt sanis sermonibus Domini nostri. Aut ergo publicum istud scandalum tollendum est, aut christiano nomine carendum. Gratia Domini nostri vobiscum, Amen. Ex Coenobio nostro MDXXIII. Dominica Reminiscere.

Martinus Lutherus.

---

1. März. N°. CCCCLXXIV.

An Spalatin.

L. sendet Neuigkeiten aus der Schweiz, und theilt einige Nachrichten mit.

Bey Buddeus p. 27. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 235. Deutsch bey Walch XXI. 877.

Erudito et pio Viro, D. Georgio Spalatino, Evangelistae aulico Sax., suo in Christo fratri.

Gratia et pax in Christo. Has novitates ex Helvetiis accepi. Casparis Schalben quoque literas mitto, ea causa, ut opinionem de Georgio ex Ebeleben ex prioribus conceptam rursus

1) Vielleicht faciant oder fiat.

exspuas. Ubique potentius est verbum quam apud nostros vicinos, atque adeo quam apud nos. Heri quoque ex Wormatia advenit Nicolaus ille Maurus, Cantor ad S. Andream, quem nosti, mansurus aliquanto hic tempore, cum socio Friderico, itidem pietatis erudito, refertque adversus Erasmum scribi a Buschio, *) quem egregie praedicat alium virum et maritum factum Heidelbergi agere. Trevirensi officiali Doct. Eckio, nunc marito, miror, quid acciderit, ut tam seditiose in Principes atque adeo in suum Trevirensem insaniat? Nisi tempora ista oportet portentis fertilia esse, et omnia omnium mutari. Vale et ora pro me. Dominica Reminiscere.

Martinus Lutherus.

---

8. März. N°. CCCCLXXV.

An Spalatin.

L. schreibt von Schweinitz aus, wo er mit Jonas Gevatter gestanden, einen heitern Brief. Von den Beschlüssen des Nürnberger Reichsregiments.

Bey Aurifaber II. 127. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 164. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXXIV.

D. Georgio Spalatino, Ecclesiasti et Evangelistae aulico et Principali, suo in Domino. 1)

Gratia et pax. Non potui tam prope consistens, ut etiam Locham viderem, ad te non scribere, ut scires certe, me hic esse seu fuisse, mi Spalatine. Fui autem hic et e Bernhardo natum novum Christo fratruelem baptisari vidi. Cecinimus et ipsi cum Esaja canticum fratrueli in cornu et filio olei dilecto nostro. Certe e Principali cella bibimus vinum bonum et purum, et futuri essemus pulchri evangelici, si sic Evangelion nos saginaret,

---

1) Nach Cod. Jen.

---

*) Hermann von dem Busch nahm gegen E. Parthey für Hutten.

Witembergae habemus decreta Nurmbergae per imperii Proceres edita ad legationes Papae, mire libera et placentia, *) excusa autem habemus et latina et vernacula, quae, nisi et tu habes, ad te ibunt. Maurus ille Wormatiensis cantor, quem nosti, cum alio quodam erudito Canonico Friderico nos accessit, literis sacris operam daturus aliquandiu apud nos. **) Optimum virum esse tu nosti. Vale et excusa nos apud Principem, quod tantum vini Cornbergici linxerimus. [1]) Jonas te salutat simul cum uxore sua, compatres et commatres mecum, et steterunt ibi tres istae virgines, certe saltem Jonas, qui virgo nobis dicitur, quod nihil gignat. E Schweinitzio, Dominica Oculi, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

10. März. N°. CCCCLXXVI.

An Spalatin.

Bitte, einen Maler in Wittenberg, der sich wegen eines verübten Todtschlags nicht sicher glaubte, von wegen des Kurfürsten zu beruhigen.

Bey Aurifaber II. 127. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 165. Deutsch bey Walch XXI. 828.

Viro erudito et pio, Georgio Spalatino, Evangelistae aulico Saxoniae, suo in Domino. [2])

Gratia et pax. Libera, quaeso, me a molestia ista, mi Spalatine. Est apud Lucam ***) mercenarius Pictor, Hans Schmal, [3]) qui ante annos forsitan duos apud Principem vel obtinuit, vel supplicavit, ut sub sua ditione tutus ageret, donec causa homicidii sui componetur. Nunc quantum video, conscientia vexatur, et ut dicit, verbis domesticorum punctus, metuit omnia periculosa, et proditionem ac captionem suspicatur:

---

1) Cod. Jen. liguriarimus. 2) Nach Cod. Jen. 3) Cod. Jen. Schmalkaldius.

---

*) S. Walch XV. 2550. **) Vgl. den vorigen Brief. ***) L. Kranach.

petit ergo miser per me, ut rescire possit, an Princeps sit mutatus, et desinat ei tutam praestare terram. Meis verbis et aliorum non satis credit, quantumvis ei inculcem, non esse talem Principis animum, nec Lucam passurum proditionis aut captionis dolum, nisi prius indicet aut moneat. Sic est enim misera conscientia cujusque rei. Tu ergo et me liberabis et illum quietabis, si vel Principis nomine, vel tuo (cum certum sit a Principe nihil tale metuendum) scribas, et nos certos feceris, ut sic officium fraternae consolationis impleamus. Nihil enim tenerius tractari debet, quam rea conscientia, quae sibi ipsi satis est poenarum. Vale et ora pro me. Witembergae, anno MDXXIII, feria 3. post Oculi.

T. Martinus Lutherus.

---

28. März. N⁰. CCCCLXXVII.

An die Herren deutschen Ordens.

Da diesem Sendschreiben vielleicht der Platz unter den Briefen Luthers streitig gemacht werden könnte, so lassen wir es weg. Es erschien im Druck unter dem Titel: An die Herrn deutschs Ordens, daß sie falsch Keuschheit meiden, und zur rechten ehelichen Keuschheit greifen. Ermahnung Martinus Luther. Wittenberg 1523. Auch: An die Herrn deutschs Ordens in ehelichen Stand zu treten. 1523. 4. Auch 1524. S. Rotermund No. 154. Panzer II. 255. Sonst Wittenb. VI. 242. Jen. II. 257. Altenb. II. 292. Leipz. XVIII. 405. Walch XIX. 2157.

---

29. März. N⁰. CCCCLXXVIII.

An Eobanus Heß.

L. bezeugt dem E. H. seinen Beyfall wegen eines von ihm erhaltenen Gedichts, und äussert sich über die Wichtigkeit der Poesie und Rhetorik für die ächte Theologie.

Bey Aurifaber II. 307. in Beyschlag Sylloge var. opusc. T. I. 292. sqq.
Deutsch bey Walch XXI. 829.

Aelio Eobano Hesso, poetae in Christo fideli, fratri suo charissimo.

Gratia et pax. Literas tuas suavissimas reddidit Crotus *) noster suavissimus, comes Jacobi Fuchs **) et Petrei ***): Captivam †) vero exhibuit Philippus. Hactenus forte satis fuerit ad te scribere rudem Lutherum, tantum ut responderet tibi, optime Eobane. Nam quid scribam amplius, qui vellem te non nisi tuis Musis digna legere? etiam si scio animi tui candorem, ut viliora quoque non contemnas. De Captiva quid judicem, tu ipse poteris judicare: neque enim adeo tibi cornea fibra est, ut te non sentias, neque tam φίλαυτος, ut te ipsum palpes, sed ut etiam te superes: tamen in hoc te non superabis, ut Captivam displicere vel mihi vel tibi credas. Prodibit autem ipsa in lucem propediem, et autorem suum etiam sine nobis, qualis sit, ostendet, nec invidiam ipsam formidatura. Caeterum nisi scirem te responsurum, pro decoro servando abs te factum esse, causarer, meo nomini nimium hoc insigni opusculo tributum, aliis des nominis (ait ille) hujus honorem: feram tamen immeritam gloriam, qui tot meritas ferre assuetus sum ignominias. Caeterum timores isti vestri te nihil moveant, ubi timetis, fore, ut barbariores fiamus Germani, quam unquam fuerimus casu literarum per theologiam nostram: habent quidam suos quoque timores saepius, ubi nullus est timor. Ego persuasus sum, sine literarum peritia prorsus stare non posse sinceram theologiam, sicut hactenus ruentibus et jacentibus literis miserrime et cecidit et jacuit. Quin video, nunquam fuisse insignem factam verbi Dei revelationem, nisi primo, velut praecursoribus baptistis, viam pararit surgentibus et florentibus linguis et literis. Plane nihil minus vellem fieri aut committi in juventute, quam ut poësin et rhetoricen omittant. Mea certe vota sunt, ut quam plurimi sint et poëtae et rhetores, quod his studiis videam, sicut nec aliis modis fieri potest, mire aptos fieri homines ad sacra tam capessenda,

---

*) J. Crotus Rubeanus, vertrauter Freund Luthers, ehe er die Sache des Evangeliums verließ. S. Jac. Burckhard Comment. de ling. lat. in Germ. fatis P. I. p. 170, P. II. p. 433. sqq. **) Ein Fränkischer von Adel. S. Burckhard l. l. P. II. p. 475. ***) Petreius Aperbachus v. Erfurt. S. Camerar. vita Eob. Hess. §. XVII. †) Ein Gedicht v. E. H.

quam dextre et feliciter tractanda. Facit quidem sapientia linguas infantium disertas, sed donum linguae non vult contemni. Quare et te oro, ut et meo (si quid valet) precatu agas apud vestram juventutem, ut strenue et poëtentur et rhetoricentur. Vivit Christus, ego saepius indignor mihi etiam, hac aetate et his moribus non permitti tempus aliquando poëtas et rhetoras versandi: Homerum mihi emeram, ut Graecus fierem. Sed satis, te his nugis esse molestatum: tu de Luthero tibi persuade id plane, quod de tua Captiva persuadere possis, ac optime vale in Christo fortis, Amen. Die Palmarum, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

Im März oder April. N⁰. CCCCLXXIX.

An Spalatin.

L. dringt auf die Aufhebung des Allerheiligenstifts in Wittenberg, oder man soll wenigstens Männer, die dem Evangelium günstig sind, dabey anstellen.

Bey Aurifaber II. 134. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 180. Deutsch bey Walch XXI. 843.

Gratia et pax. Iterum scribo, mi Spalatine, motus et mea et aliorum ratione. Nunc enim tempus est Bethaven istam infirmandi, quae hactenus magno scandalo tolerata est adversus tantam puritatem verbi nobis et coelo dati. Tentandus amplius Deus non est, igitur adjuva, sicut te velle scio et sicut potes. Si nihil aliud fieri potest, ut saltem tales viri instituantur, qui contemnant istas abominationes: tum demum spes erit, ut absque Principe inter sese laudabilem ritum psallendi eo loco erigant exemplo Corinth. XIV. Quod si nec hoc fieri potest, sanctum est differre instituendos potius, quam denuo sacerdotes Jeroboam resuscitare. Dandum est hoc gloriae verbi, quod apud nos est, sicut tu ipse omnia melius et nosti et optas. Vale in Domino. MDXXIII.

Martinus Lutherus.

8m April. N°. CCCCLXXX.

An Spalatin.

Berichtigung eines falschen Gerüchts über L.'s Streit mit Herzog Georg; Beantwortung einer exegetischen Frage; Wunsch wegen Besetzung der ledigen Stelle im Stift.

Bey Aurifaber II. 135. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 182. Deutsch bey Walch XXI. 845.

D. Georgio Spalatino, Evangelistae fideli et felici. [1])

Gratia et pax. Nihil mecum actum est nomine Ducis Georgii. Mira enim et haec de me et in me mentiuntur vanae linguae.

Locum Matthaei XVIII. accipio vulgata sententia septuagies septies, id est, toties quoties, numero certo pro incerto, sicut ferme utitur Scriptura vocabulo septem in Levitico et alias. Porro ipsa res non pertinet ad solam privatam remissionem, sed ad publicam. Quia Evangelium est vox remissionis, et vox remissionis est Evangelium, ideo nullo loco, tempore, personis, causis debet circumscribi, sed libero usu, ubique et semper et omnibus impendi. Gratias agit Prior et ego pro mandato Principis contra Staupitium. Vale et ora pro me. Feria 6.

Eligentur Decani et Canonicus: quam vellem autem vel Amsdorfium vel similem fieri Decanum autoritate Principis, et Pomerano interim cedere Amsdorfii censum, et similiter Rachaëlis censum alicui in Collegio legenti, quo levaretur Principis camera, et simularetur interim differri Canonicorum institutio, donec res per sese cadat. Vale. MDXXIII.

Martinus Lutherus.

8m April. N°. CCCCLXXXI.

An Spalatin.

Bestimmtere Widerlegung jenes Gerüchts, daß etwas Neues zwischen L. und Herzog Georg vorgefallen sey; über W. Links Hochzeit.

Bey Aurifaber II. 134. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 180. Deutsch bey Walch XIX. Anh. IX.

1) Nach Cod. Jen.

Suo in Domino Georgio Spalatino etc. 1)

Gratia et pax. Miror, quid velis iis verbis, ubi dicis, si velim recordari, esse aliquid nomine Ducis Georgii mecum actum, praeter illam primam epistolam. Aut tu aliquid futurum divinas aut erras, nisi illud putes, quod Comes Albertus non quidem nomine Ducis Georgii, sed suo solius nomine mecum egit in eadem causa. Aliud prorsus nihil neque scio neque memini. Comes Albertus hoc egit, ut si qua fieri possit salva Evangelii gloria, ut tyranni amentiam leniori aliquo responso mitigarem. Tum ego respondi, si salva sit gloria Evangelii, velle me non solum illi, sed omni hosti esse deditum servum, sicut decet christianum, permisique, ut Duci Georgio de me nihil non polliceretur, si cesset furere in verbum Dei. Rursus si pergat furere, nihil minus me facturum, quam quae furenti miseriae et caecitati placerent. Non putassem caput istud tam stolidum et insanum esse. Sed haec omnia credo jamdudum tibi nota. Aut etiam illud suspicaris, quod Episcopo Magdeburgensi scripsi humiles et exhortatorias literas, qui per Praepositum novi Operis egregie respondit. Sed nunc iterum mutatum audio per libellum de potestate gladii.

Wenceslai nostri nuptias miraculo exceperamus ante tuas literas. Quam pulchre prodit sacrilegus ille caelibatus, per vim et metum hactenus infeliciter exactus? Gaudeo tamen tanti viri nomen stultum fieri in confusionem falsae istius continentiae. Vincet hoc scandalum gloria Evangelii. Vale et ora pro me. Witembergae, MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

4. April. N⁰. CCCCLXXXII.

An Spalatin.

L. empfiehlt eines Mädchens Ehesache.

Bey Aurifaber II. 128. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 166. Deutsch bey Walch XXI. 832.

---

1) Nach Cod. Jen.

Erudito et pio Viro, D. Georgio Spalatino, Evangelistae aulico, suo in Christo fratri. [1])

Gratia et pax. Puella est e Torgau, quae postulat sponsum suum, nempe Principis nostri barbaetonsorem, ostentans annulum et fractum numisma pro arrha sibi datum, dicitque per Principis Senatores quoque Torgae esse definitum, hic praesentibus D. Schwertfeger et Christanno cum Praeceptore pro vero et legitimo matrimonio, illum vero aliis suadentibus nunc detractare promissum: rogat igitur, ne Princeps patiatur sic illudi promissionem. Tu vero nosti, quam nos ferre non debeamus sexum illum per sese miserum opprimi, tum quod multis passim exemplis pessimis illuditur puellis, per inphrinitos illos et indisciplinatos. Cura ergo apud Principem pro tuo officio, ne laesae fidei hujus querela latius aut diutius audiatur. Vale et ora pro me. Anno MDXXIII, Witembergae, sabbatho Paschatis.

Martinus Lutherus.

---

4. April. N°. CCCCLXXXIII.

An Spalatin.

Empfehlung eines armen Jünglings zur Unterstützung; von einem Briefe Herzog Georgs an den Grafen Albrecht von Mansfeld.

Bey Buddeus p. 24. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 166. Deutsch bey Walch XXI. 831.

D. Georgio Spalatino suo etc. in Christo fratri.

Gratia et pax in Christo. Hic juvenis petiit a me tibi commendari, ut per te apud Principem, pauperum patronum, aliquid praesidii impetret pro discendo artificio. Mihi bonus videtur et dignus, qui melius sentiat, quam proloqui possit: fac quod poteris. Heri accepi literas ex amico quodam Georgii

---

1) Nach Cod. Jen.

Ducis ad Albertum Comitem in me scriptas, tam plenas furiis et amentia et minis, ut Satanam ipsum tumere et indignari credas. Sed mihi mandatum est, ut nulli earum copiam faciam transcribendi, alioqui tibi misissem. Id forte tu prioribus literis divinasti. *) Vale et ora pro me. Witembergae, Sabbatho paschae MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

8. April. No. CCCCLXXXIV.

An Wenc. Link.

L. meldet, daß er mit mehreren Wittenberger Freunden zu L.'s Hochzeit kommen werde, und daß neun ausgetretene Nonnen in Wittenberg angekommen seyen.

Bey Aurifaber II. 130. b. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXIII.

Gratia et pax. Ego, Philippus, Praepositus, D. Hieronymus, Pomeranus, Prior noster et Jacobus, Joachimusque certissime veniemus, nisi Dominus singulariter impedierit, quod nollemus. Carlstadius non est domi. Deinde Hieronymus Crappe et Meister Lucas. Deinde an uxores Praepositi et Hieronymi simul veniant, adhuc fluctuat definitio. Ego heri ex Nimpschen monasterio novem moniales ex captivitate accepi, inter quas ambae Zessatienses 1) et Staupitia. Vale cum Sponsa in Domino. Feria 4. Paschatis, MDXXIII.

Tuus Martinus Lutherus.

---

1) Nach dem folgenden Brief muß man wohl Zessavienses lesen. Sie waren vom Geschlecht Zeschau.

---

*) Er meint vielleicht die Briefe No. CCCCLXX. f., wo er auf diese Sache hindeutet.

10. April. N⁰. CCCCLXXXV.

An Spalatin.

Bitte um eine einstweilige Unterstützung für jene neun ausgetretenen Nonnen, unter welchen die Katharina von Bora. L. hofft sie anderweit unterzubringen. Zuletzt ein Vorschlag, der schlechten Wirthschaft des Herzogs Johann zu steuern.

Bey Aurifaber II. 130. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 166. Deutsch bey Walch XXI. 836.

Suo Georgio Spalatino, in Christo fratri. 1)

Gratia et pax. Ad me venerunt novem istae apostatae moniales: vulgus miserabile, sed per honestos cives Torgavienses advectae, nempe per Leonhardum Coppe et fratruelem suum, et Wolfium Tomitzsch, ut nihil ibi sit suspicionis iniquae. Miseret me illarum valde, maxime autem et aliarum, quae ubique in tanto numero pereunt maledicta et incesta illa castitate. Sexus iste per sese longe infirmissimus et ad virum natura, imo divinitus conjunctus, tanta crudelitate separatus perditur. O tyrannos, o crudeles parentes et cognatos in Germania. Sed te, Papa, et vos, Episcopi, quis digne maledicat? Quis vestram caecitatem et furorem talia docentem et exigentem satis execretur? Sed hic non est locus.

Quaeris quid cum illis agam? Primum cognatis significabo, ut eas suscipiant, qui si nolint, curabo eas alibi suscipi. Nam est mihi promissio facta ab aliquibus, aliquas etiam matrimonio jungam ubi potero. Sunt autem haec earum nomina: Magdalena Staupitz, Elsa de Canitz, Ave Grossin, Ave Schonfeld, et Soror ejus Margaris Schonfeld, Laneta de Golis, Margaris Zeschau, et soror ejus Catharina Zeschau, et Catharina de Bora. Tales sunt, quibus opus est misericordia vere, in quibus Christo servitur: satis autem mirabiliter evaserunt. Te autem oro, ut et tu opus charitatis facias, et pro me mendices apud aulicos tuos divites aliquid pecuniae, qua eas ad octiduum vel quindenam aliquam alam, donec eas commode suis cognatis aut meis promissoribus tradam. Nam mei Caparnaenses sic

---

1) Nach Cod. Jen.

proficiunt ex tanta opulentia quotidiani verbi, ut nuper ipse in meam personam pro quodam paupere cive decem florenos mutuo invenire non possem. Pauperes non habent, qui libenter darent, et ditiores aut negant, aut sic difficulter cedunt, ut aut necesse sit eos amittere gratiam dati apud Deum, aut me perdere meam libertatem: sed nihil alienum hoc a mundo et suo ingenio. Denique ego pro meo stipendio annuo tantum 9 antiquas sexagenas habeo, praeter has ne obolus quidem aut mihi aut fratribus e civitate accedit. Sed nec postulo ab eis, ut gloriam Pauli aemuler, utcunque alias ecclesias spolians, ut Corinthiis meis gratis serviam.

Est et aliud, quod toties volui ad te scribere, toties oblitus. Miror, cur Princeps noster, cum sciat apud Ducem germanum Johannem esse tales patresfamilias, ut quotidie pessum magis eat res, non illuc assumat Bastianum illum Kotteritzium, virum, ut quotidie factis et exemplis probat, mire dextrum in rebus administrandis. Etenim et ipsi Kotteritzio velim equidem consultum, sed multo magis curiae isti Principali, praesertim ut optimus juvenis Princeps Joannes Fridericus, futurus rector, aliquo egregio exemplo disceret rem curare et hominum fraudes melius intelligere. Nam ii, qui modo illic regnant, me male habent, sic ditescentes et Principe decrescente: suggeras, quaeso, hoc nomine meo Principi. Nam adjutum valde velim eum locum tali viro, qui et pius sit et dexter simul. Vale et ora pro me. Witembergae, anno MDXXIII., feria 6. Paschatis.

Martinus Lutherus.

---

10. April. N°. CCCCLXXXVI.

An Leonhard Koppe, Bürger zu Torgau.

Dieser Leonhard Koppe war mehreren Nonnen behülflich gewesen, das Kloster Nimptsch zu verlassen, und deßwegen richtet L. diese Schrift an ihn, in welcher er den Austritt der Nonnen aus den Klöstern rechtfertigt.

Dieses Sendschreiben erschien im Druck: Ursache und Antwort, daß Jungfrauen Klöster göttlich verlassen mügen. Doctor Mart. Luther. Wittenberg 1523. 4. Panzer Ann. S. 150. führt fünf verschiedene Ausgaben an; uns liegen vier vor, nach denen wir den Text liefern. Das Schreiben befindet sich auch in den deutschen Ausgaben Wittenb. VI. 236. Jen. II. 221. Altenb. II. 311. Leipz. XVIII. 413. Walch XIX. 2085.

Dem fursichtigen und weisen Leonhard Koppen, Burger zu Torgau, meinem besondern Freunde, Gnad und Fried. Martinus Luther.

Gnad und Fried in Christo. Es ist freylich also, wie die Schrift sagt, daß Niemand kann Frummen odder Schaden thun, er sey dann dazu verordnet von Gott, wie der Prophet sagt 2 Reg. 5. von dem Naaman zun Syrien, daß Gott durch denselben Glück und Heil gab dem Land Syrien. Widderumb vom Könige Pharao schreibt Mose, daß er nit aus seinem Vermügen die Kinder Israel bedränget, sonder Gott verstockt sein Herz, do er spricht zu ihm: darumb hab ich dich erweckt, daß ich meine Macht an dir beweise, auf daß mein Name vorkundigt werde in allen Landen. Daher trotzt auch Jesaias 41, (23) allen Gottlosen, und spricht: trotzt und thut Frummen oder Schaden, laßt sehn, was kunnt ihr. Und Machab. 5 steht geschrieben: sie waren nicht des Samens der Männer, durch wilche Heil und Glück Israel wiederfuhre.

Möcht ihr sagen, wo will das hinaus? Dahinaus, daß ihr ein neu Werk gethan habt, davon Land und Leut singen und sagen werden, wilchs viel werden fur großen Schaden ausschreien. Aber die es mit Gott halten, werdens fur großen Frummen preisen, auf daß ihr gewiß seyd, daß es Gott also verordenet hat, und nicht euer eigens Werk noch Rath ist, und geben lasset derjenigen Geschrey, die es fur das aller ärgist Werk tadeln, und von Gott widder verordenet, noch befohlen achten. Pfui, pfui, werden sie sagen, der Narr Leonhard Koppen hat sich den verdampten ketzrischen Münch lassen fangen, und fähret zu, und fuhret neun Nonnen auf einmal aus dem Kloster, und hilft ihn ihr Gelubd und klösterlich Leben zu verleugen *) und zu verlassen.

Hie werdet ihr abermal sagen: das ist wahrlich heimlich gehalten und wohl verborgen, ja verrathen und verkauft, daß auf mich erhetzet werde das ganze Kloster zu Nimpzschen, weil sie nu hören, daß ich der Räuber gewesen bin. Antwort ich, ja freylich ein seliger Räuber, gleich wie Christus ein Räuber war in der Welt, da er durch seinen Tod dem Fursten der Welt seinen Harnsch und Hausgeräth nahm, und fuhrt ihn gefangen. Also habt ihr auch diese armen Seelen aus dem Gefängniß menschlicher Tyranney gefuhrt, eben

*) L. schreibt verleucken.

umb die rechten Zeit auf die Ostern, da Christus auch der seinen Gefängniß gefangen nahm.

Daß ich aber solchs ausrufe, und nicht heimlich halte, thu ich aus redlichen Ursachen. Erstlich daß es nicht darumb ist durch mich angeregt, daß es sollt heimlich bleiben: denn was wir thun, das thun wir in Gott, und scheuen uns des nicht am Licht. Wollt Gott, ich kunnt auf solche odder andere Weise alle gefangene Gewissen erretten, und alle Klöster ledig machen. Ich wollt michs darnach nichts scheuen zue bekennen sampt allen, die dazu geholfen hätten, tröstlicher Zuversicht, Christus der nu wieder hat sein Evangelion an den Tag gebracht, und des Endchrists Reich störet, wurde hie Schutzherr seyn, obs auch das Leben kosten müßte.

Zum andern thue ichs der armen Kinder und ihrer Freundschaft Ehre zu erhalten. Denn wie hoch die blinden frevel Richter solchs auf Erden fur Ketzerey und Abtrünnigkeit schelten (wilchs sein Richter wohl finden wird); so haben wir doch das verwahret, daß Niemand sagen dar, sie seyen durch lose Buben unredlich ausgefuhrt, und ihrer Ehre in Gefahr sich begeben, dieweil man euch und die euren kann anzeigen. Darzu muß das iedermann lassen ehrbarlich gehandelt seyn, daß sie nicht einzelen eine hie hinaus, die andern da hinaus geloffen sind, sondern allesampt bey einander mit aller Zucht und Ehre an redliche Stätt und Orte kommen, damit den Lästermäulern die Ursach genommen werde, ihr lügenhaftige Zungen mit frummen Kindern zu waschen. Denn daß sie solchs widder Gott und ihr Gelubd gethan schelten, wollen wir leiden und wagen.

Zum dritten, zu warnen die Herrn vom Adel und alle frumme Biderleute, so Kinder in Klöstern haben, daß sie selbs dazu thon, und sie heraußer nehmen, auf daß nicht ärgers hernach folge. Denn wiewohl viel des Adels und Biederleute, der Sachen von Gottis Gnaden verständig, ihre Kinder odder Freundin wohl gern heraus hätten, und doch das Exempel scheuen, die ersten Bahn zu brechen: nu aber sie sehen, daß so viel ehrbarer Kinder, mit verwahrter Zucht und Ehre die Bahn gebrochen haben, und des bekenntlich sind, werden sie müthiger und dürstiger werden. Werden aber etliche zorniger, das muß man lassen geschehen, und sich nicht verwundern. Denn sie denken, es sey Unrecht, nachdem sie bisher verfuhrt, nichts anders gelehret sind. Es wird mit der Zeit besser werden.

Das sey mein Entschuldigunge gegen euch der Sunde halben, daß ichs solchs euer Werk verrathen und offenbart habe. Auf daß ich aber auch unser aller Wort rede, beyde meins, der ichs gerathen

und gebeten, und euer mit den euern, die ihrs ausgericht, und den Jungfrauen, die der Erlösunge bedurft haben, will ich hiemit kürzlich fur Gott und aller Welt Rechenschaft und Antwort geben, wiewohl ichs sonst in andern Büchlin reichlich gethan habe, daß alle christlich Herzen merken sollen, wie wir nicht das unsere, sonder zuvor Gottis Ehre und des Nähisten Bestes gesucht haben. Aber den unchristlichen Herzen wollen wir ihren Sinn lassen, bis sie es baß verstehen.

Aufs erst, daß die Kinder zuvorn selbs ihr Eltern und Freundschaft aufs aller demüthigst ersucht und gebeten haben umb Hülfe heraus zu kommen, mit vernunftigen gnugsamen Ursachen angezeigt, daß ihnen solch Leben der Seelen Seligkeit halben nicht länger zu dulden sey, sich daneben erbotten zu thun und zu leiden, was frumm Kinder thun und leiden sollen. Wilchs ihn alles abgeschlagen und versagt ist, und also von iedermann verlassen sind, damit sie recht und redlich Ursach gehabt, ja genöthigt und gedrungen sind, ihr Gewissen und Seele zu erretten andersho, wie sie haben kunnten Hülf und Rath suchen; und diejenigen, so hie haben kunnten helfen und rathen, schuldig gewesen sind aus christlicher Liebe Pflicht, die Seelen und Gewissen zu erretten.

Zum andern ist das ein hohe, wichtige Ursach und Noth, daß man leider die Kinder, sonderlich das schwache Weibervolk und junge Mägde, in die Klöster stößet, reizt und gehn laßt, da doch kein täglich Uebung ist göttlichs Worts, ja selten oder nimmer mehr das Evangelion einmal recht gehöret wird. Und werden doch in den höhisten Kampf gestellet: nämlich umb die Jungfrauschaft zu streiten, da kaumet und gar selten auch diejenigen bestehen, die mit Gottis Wort allenthalben gerust, und mit hoher, seltsamer, wunderbarlicher Gnad erhaben sind. Es darf Muhe, die ehliche Keuschheit zu halten, auch mit Beystand göttlichs Worts, und dieß junge, thörichte, unerfahrne Weibervolk wird dahin gestoßen, da der Streit am härtisten und mächtigisten ist. O der unbarmherzigen Eltern und Freunden, die mit den ihren so gräulich und schrecklich fahren. O der blinden und tollen Bischof und Aebten, die hie nicht sehen noch fühlen, was die armen Seelen leiden und wie sie verderben!

Diese Ursach, daß man Gottis Wort mangeln muß, ist alleine gnug, ob sonst kein andere wäre, uns alle zu entschuldigen, ja zu loben und zu preisen fur Gott und der Welt, daß man aus Klöstern laufen helfen und rathen soll, daß die Seelen herausgerissen, gefuhrt, gestoßen und geraubt werden, wie man kann, unangesehen, ob tausend

Eid und Gelubd geschehen wären. Denn wissentlich ists, daß in Klöstern, sonderlich Nonnenklöstern, Gottis Wort täglich nicht geht, und am meisten Orten nimmermehr, sondern sich nur bläuen und treiben mit Menschengesetzen und Werken. So ists widderumb gewiß, daß man ohn Gottis Wort täglich fur Gott nicht leben kann, und kein Gelubd fur Gott gelten odder halten kann, damit man sich an den Ort verbindet, da kein Gottis Wort gehet, und den Ort lässet, da Gottis Wort gehet. Denn es ist solch Gelubd eben so viel als Gott verleugen, weil wir alle zu Gottis Wort verbunden sind.

Aufs dritte ist das kundlich und offenbar, daß ein Mensch mag wohl gezwungen werden, fur der Welt zu thun, das er nicht gerne thut; aber fur Gott und in Gottis Dienst soll und kann kein Werk noch Dienst gezwungen und ungerne geschehen. Denn Gotte gefallen nicht und will auch nicht haben gezwungene unwillige Dienste. Wie St. Paulus 2 Corinth. 9, 7. sagt: Gott hat lieb ein fröhlichen Geber; ohn Zweifel ist er widderumb feind eim unfröhlichen, unwilligen Geber. Daher auch St. Paulus die edle Jungfrauschaft nicht haben will, wo sie erzwungen und unwillig geschicht (1 Corinth. 7, 37). Solche fröhliche Lust aber zu Gottis Dienst giebt widder Kloster noch Kappen, widder Gelubd noch Werk, sondern allein der heilige Geist.

Wie viel meinst du aber, daß Nonnen in Klöstern sind, da das täglich Gottis Wort nicht gehet, die fröhlich und mit Lust ungezwungen ihren Gottesdienst thun, und Orden tragen? Freylich, unter tausend kaum eine. Was ists denn, daß du solchs Kind lässest also sein Leben und alle seine Werk verlieren, und dazu die Helle damit verdienen? Wäre es nicht besser, wenn sie ja etwas ungerne und mit Unlust thun soll, sie wäre ehlich und thät soliche Mühe und Unlust im ehlichen Stand äusserlich gegen die Menschen, als ihr Mann, Kind, Gesind, und Nachbar? Weil denn Gott kein Dienst gefällt, es geh denn willig von Herzen und mit Lust, so folget, daß auch kein Gelubd weiter gelten, noch geschehen, noch gehalten werden soll, denn so fern die Lieb und Lust da ist: das ist, so fern der heilig Geist da ist. Darumb nu solch Gelubd ohn Lust und Geist geschicht, achtets Gott nicht, und nimpts nicht an: daß also dieß auch ein genugsame Ursach ist, Gelubd und Kloster zu lassen, und iedermann herauszuhelfen in einen andern Stand.

Aufs vierte wiewohl man sich dieser Ursach schier schämen muß, so ists doch fast der größisten eine, Kloster und Kappen zu lassen, nämlich daß unmüglich ist, die Gabe der Keuschheit so gemeine sey,

als die Klöster sind. Denn ein Weibsbild ist nicht geschaffen, Jungfrau zu seyn, sondern Kinder zu tragen, wie Genes. 1, 28. Gott sprach nicht alleine zu Adam, sondern auch zu Eva: seyd fruchtbar und mehret euch; wie das auch die leiblichen Gliedmaß weiblichs Leibs, von Gott dazu eingesetzt, beweisen. Und solchs ist nicht zu einem Weib, noch zu zweyen, sondern zu allen gesagt, und keine ausgeschlassen, Gott zieche sie denn selber aus, nicht durch unser Gelubd oder freyen Willen, sundern durch seinen eigen Rath und Willen mächtiglich. Wo er das nicht thut, soll ein Weibsbild ein Weib bleiben, Frucht tragen, dazu es Gott geschaffen hat, und nicht besser machen, denn ers gemacht hat.

Item, da er Heva verfluchte, nahm er ihr nicht den weiblichen Leib, noch weibische Gliedmaß, widderrief auch nicht sein gesprochen Segen uber sie, daß sie sollt fruchtbar seyn, sondern bestättigt denselben und spricht: ich will dir viel Mühe schaffen, wenn du schwanger gehest. Diese Plage ist auch nicht uber eins oder zwey Weiber gesagt, sondern uber alle, daß die Wort lauten, als sey Gott gewiß, daß alle Weiber werden schwanger seyn, und sollen diese Plage tragen, ohn wilche er selbs ausnimpt. Dawidder kann je kein Gelubd noch Bund gelten noch halten; denn es ist Gottis Wort und Gemächte.

Hie thun sie denn zwo Einrede. Die erst: man solle die Gelubd halten. Das ist wahrlich wahr, wenn du göttlich gelobist, das dein ist, und in deiner Macht steht. Ich höret hiezu ein gelehrten Mann einmal sagen: mein Mutter hat gelobt, ich sollt ein Bischof werdn; wie soll ichs halten? Dein ists aber nicht, Jungfrau seyn widder eingesetzte Natur, sondern wie St. Paulus sagt 1 Corinth. 7, 7: es ist ein Gottis Gabe. Wie ich nu kein Gottis Gabe kann geloben, so kann ich auch Keuschheit nicht geloben. Es muß alles zuvor mein seyn, eh ichs gelobe. Wie auch Samuels Mutter ihren Sohn Gott gelobet, wo er ihr denselben zuvor geben wurde (1 Sam. 1, 31.): also sollt man auch Keuschheit geloben, so fern sie Gott geben wurde, wo nicht, daß das Gelubde nicht wäre.

Lesen wir doch auch 1 Sam 14, 24—44, daß Saul auch gelobt zweymal mit eim Eide, daß Niemand des Tags essen sollt, und auch seinen Sohn zu tödten. Dennocht mußt ers lassen, und Gott wehret es ihm durchs Volk und seinen Sohn. Damit je Gott genugsam beweiset hat, daß unchristliche und schädliche Gelubd nicht zu halten sind, ob sie gleich auch nur dem Leben schaden; vielmehr wird er die

Gelubd verdammen, die der Seelen Schaden und Verderben sind. Und ist dieß Exempel wohl zu merken, daß nicht gnug ist gesagt: ja ichs habs gelobt, ich muß halten. Lieber, siehe zuvor, obs müglich und göttlich ist, was du gelobest; sonst, wenn unmüglich Gelubd gulte, möchtest du wohl geloben, ein Mutter Gottis werden, wie Maria.

So sprechen sie abermal, obs gleich unmüglich sey, so kann mans mit Beten erlangen, wie S. Hieronymus lehret. Antwort. Aufs erst, Gott gebe mir nur nicht viel der Keuschheit S. Hieronymi, welcher selbs bekennet, daß er seins Fleischs Wüthen und Brunst mit keiner Fasten noch mit Mühe zähmen kunnt. Wie viel besser wäre ihm gewesen, nach S. Paulus Rath freyen, denn also brennen? Und ist hierin sein Exempel nicht gut nach zu folgen: denn Keuschheit hat wohl Anfechtung, aber solch tägliche Brunst und Wüthen ist ein gewiß Zeichen, daß Gott nicht gegeben hat noch geben will die edle Gabe der Keuschheit, die du mit Willen ohn Noth gehalten werde.

Aufs ander, man kann freylich alles von Gott erlangen mit Beten; er will aber auch unversucht seyn. Christus hätte sich wohl kunnten von der Zinnen des Tempels hernidder lassen, wie der Teufel furgab; er wollts aber nicht thun, weil es nicht Noth war, und wohl auf ander Weis kunnt herabkommen. Ich kunnt auch wohl mit Beten erlangen, daß ich nicht esse noch trunke, was auf Erden wüchse. Weil aber das nicht Noth ist, und Gott mir sonst so viel geben hat, das ich essen soll und kann, soll ich ihn nicht versuchen, das lassen liegen, das er gegeben hat, und ein anders ohn Noth gewarten, das er nicht gegeben hat; denn da wäre Gott versucht.

Also auch hie: weil er Mann und Weib hat geschaffen, daß sie zusammen sollen, soll ich mir nicht furnehmen ein andern Stand, und jenen liegen lassen, aus eigenem Furwitz und Muthwillen. Denn damit gebe ich mich ohn Noth und Ursach in Fährlichkeit, und versuche Gott, sintemal wohl ein ander göttlich Stand da ist, da ich der Fährlichkeit und Versuchung nicht bedarf. Denn wer dringet mich odder beruft, daß ich ohn Ehe bleibe? Was ist mir die Jungfrauschaft von Nöthen, weil ich fuhle, daß ich sie nicht habe, und Gott mich sonderlich nicht dazu beruft, und weiß doch, daß er mich zur Ehe geschaffen hat? Darumb willt du etwas bitten von Gott, so bitt das dir Noth ist, und da dich die Noth zu dringet. Ist dies aber nicht Noth, so versuchst du ihn gewißlich mit deinem Gebet.

Denn sein Name heißt: adjutor in opportunitatibus, in tribulatione, Nothhelfer, Psalm 10, 14., nämlich daß er hilft nur da alleine, da sunst kein Hulf und Mittel durch ihn zuvor geschaffen ist.

Die ander Einrede ist, daß es ärgerlich sey widder den gemeinen alten Brauch und Lehr, und der schwachen Gewissen sey zu schonen. Antwort: Aergerniß hin, Aergerniß her! Noth bricht Eisen, und hat kein Aergerniß. Ich soll der schwachen Gewissen schonen, so fern es ohn Fahr meiner Seelen geschehen mag; wo nicht, so soll ich meiner Seelen rathen, es ärger' sich dann die ganze oder halbe Welt. Nu liegt hie der Seelen Fahr in allen Stucken. Darumb soll Niemand von uns begehren, daß wir ihn nicht ärgern, sondern wir sollen begehren, daß sie unser Ding billigen, und sich nicht ärgern. Das foddert die Liebe.

Das will ich auf dießmal, mein guter Freund, kürzlich zur Verantwortung gegeben haben fur euch, fur mich und fur diese Jungfrauen, auch fur alle, die diesem Exempel wollen nachfolgen, bin auch gewiß, daß wir damit fur Gott und der Welt unvertadelig bestehn wollen. Aber den Widdersachern und verstockten Köpfen, den Gott selber nicht kann gnug thun, wollen auch wir uns nicht vermessen gnug zu thun, sondern sie lassen toben und lästern, bis sie müde werden. Wir haben einen Richter uber uns, der wird recht richten.

Ich will aber auch die Jungfrauen hie nennen, auf daß alles ja frey am Tage sey, und sind nämlich diese: Magdalena Staupitzin, Elisabeth Kanitzin, Vronica Zeschau, Margaretha Zeschau, ihr Schwester, Laneta von Golis, Ave Großin, Catharina von Bore, Ave von Schonfeld, Margaretha von Schonfeld, ihr Schwester.

Der allmächtig Gott wollt gnädiglichen erleuchten alle Freunde derjenigen, so mit Fahr und Unlust in Klöstern sind, daß sie ihn treulich heraushelfen. Wilche aber geistverständig sind, und Klosterey nutzlich wissen zu brauchen, und gerne drinnen sind, die laß man drinnen im Namen Gottis.

Hiemit befilch ich euch Gott, und grüßt mir euer liebe Audi und alle Freunde in Christo. Gegeben zu Wittemberg am Freytag in der Osterwoche. Anno 1523.

21. April. No. CCCCLXXXVII.

An Spalatin.

Von den Briefen des Hans v. Planitz, und dem flüchtigen Probst von Halle.

Bey Aurifaber II. 132. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 169. Deutsch bey Walch XXI. 840.

Gratia et pax. En literas Plaunitii: sed scribit mihi Joannes Aureus, *) non esse ei redditas priores literas Plaunitii ad me datas, quas ad te misi, ut illi redderes, e quibus disceret, quid sibi in causa sua sit faciendum. Id si nondum monui, adhuc moneo, ut eas ad illum mittas, misere expectantem responsum ejusmodi.

Apud nos est profugus Praepositus Novi operis Hallensis; longae ambages, longa est historia, sed spero cum pace omnia componenda brevi. Nam in hoc et Doctor Aurbach heri hic fuit. Parturit hic annus perpetuo monstra nova. Vale et cura, quod rogavi. Feria 3. post Misericordias Domini, MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

21. April. **) No. CCCCLXXXVIII.

An Spalatin.

Empfehlung des Probstes von Halle und des Gesuchs um Unterstützung für den Geistlichen Friedrich.

Bey Aurifaber II. 132. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 168. Deutsch bey Walch XXI. 839.

Optimo Viro, D. Georgio Spalatino, suo in Domino Majori. 1)

Gratia et pax in Domino. Petit hic Praepositus Novi operis Hallensis, ut sese tibi commendem. Metuit enim, ne Cardinalis

---

1) Nach Cod. Jen.

---

*) Joh. Gülden. Vgl. Br. v. 5. Febr. No. CCCCLXIX. **) Nach dem vorigen, von demselben Tage.

Moguntinensis eum acrius apud Principem deferat in causa sua, quae talis est, ut bono fine sperem componendam. Fugit quidem, ut homo Principis sui indignationem formidans, sed juri sese stare offert, et rationem reddere impetrata fide et tuto loco. Fac ergo, si opus sit, homini prosis, ubi poteris. Neque malus vir est, neque indignus cui adsis. Accusatur etiam sublatae alicujus summae, quod verum esse vellem, modo occultum esset, sed facilis est res ista excusatu. Deinde supplicationem hanc pauperrimi sacerdotis Friderici *) et senio et penuria valde pressi, tibi studiose commendo, ut Principi porrigas. Opus bonum est, quod illi praestatur. Vale et ora pro me. Witembergae, feria 3. post Misericordias Domini, MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

22. April. N°. CCCCLXXXIX.

An Spalatin.

Ueber die Angelegenheit des Hallischen Probstes.

Bey Aurifaber II. 133. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 169. Deutsch bey Walch XXI. 842.

Manibus Georgii Spalatini. 1)

Gratia et pax. En, ut voluisti, Praepositum mox acceptis tuis literis curavimus abscedere, ut indices, quid scribat Princeps Cardinali, quanquam o Cardinales et Principes. Nam gratiosas ad Praepositum dedit Cardinalis literas, blande invitans eum, et ego humillime pro eo scripsi, omnia utriusque partis optime interpretatus, sed forte nondum pervenerunt literae, et haec in tergum molitur illius Cardinalis. Caeterum differri

---

1) Nach Cod. Jen.

---

*) Derselbe, der mit Maurus aus Worms gekommen war. Vgl. Br. v. 1. u. 8. März. No. CCCCLXXIV. u. CCCCLXXV.

etiam vellem responsum Principis ad Cardinalem, quo Praepositus latius et remotius tutiusque abire queat. Vale et ora pro me. 4. feria post Misericordias Domini, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

22. April. No. CCCCXC.

An Spalatin.

L. beschwert sich, daß Sp. ein armes Weib mit einem Empfehlungsbriefe von ihm zurückgeschickt, und erinnert an die Unterstützung der neun Nonnen.

Bey Aurifaber II. 133. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 169. Deutsch bey Walch XXI. 842.

Egregio Viro, Domino Georgio Spalatino, Evangelistae aulico, suo in Domino. 1)

Gratiam et pacem etc. Mi Magister 2) Spalatine, miror, quare mulierem hanc remiseris, cum meam manum egregie noris, et solum id sis causatus, non esse signatas literas. Sed esto aliqua hic causa, quam nec scire desidero: nunc saltem rogo nomine meo et illius mulieris, ora Principem, ut aliquid vel 10 illos florenos et tunicam vel novam vel veterem donet, vel aliud. Si non fui aut non sum ebrius, certe sororem eam esse intellexi patris legitimi, non naturalis Praeceptoris Lichtenbergae: sed quid hoc ad rem? Fac ergo officium tuum: sedes enim in loco vexationis, ego in meo quoque. Caeterum et collectae nostrae non obliviscaris, simul et Principem volo moneas meo nomine, ut contribuat, **o ich wills fein heimlich halten, und niemands sagen,** quod ipse dederit quippiam pro apostatis istis virginibus invito dictis 3) et servatis. Vale et ora pro me. Witembergae, feria 4. post Misericordias Domini, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

1) Nach Cod. Jen. 2) Cod. Jen. Gnade und Friede, wirdiger lieber Herr Magister ꝛc. 3) Viell. dicatis.

25. April. No. CCCCXCI.

An Spalatin.

L. übersendet einen Brief des Herzogs Georg, und meldet, daß er das Fieber habe.

Bey Aurifaber II. 132. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 168. Deutsch bey Walch XIX. 2223.

D. Georgio Spalatino, servo Christi et Christianorum, suo in Domino. 1)

Gratia et pax in Domino. Mitto exemplar irati *) viri, ad me sub fide datum: lege ergo et remitte. Optimum quod in tanta ira vidi, hoc est, quod stolidum caput dicit: Ego, ego, ego faciam, nihil de Dei primum voluntate solicitum. Dominus misereatur ejus, si tamen unquam stultos et fatuos (ut dicitur) curare solet Deus. Nova alia nulla, nisi quod febrim e balneo contraxi, Deo gratia; utinam et mortem alicunde mittat Dominus, et liberet me miserum de his malis mundi. Vale et ora pro me. Die Martii, **) anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

Im April. No. CCCCXCII.

An Wolfgang Stein.

Empfehlung eines gewissen ehemaligen Kloster-Verwalters zur Fürsprache bey dem Fürsten.

Aus der Kraftischen Sammlung zu Husum, bey Schütze II. 49.

---

1) Nach Cod. Jen.

*) Wahrscheinlich der Brief H. Georgs an den Grafen Albrecht von Mansfeld, von welchem im Br. a. Sp. v. 4. April No. CCCCLXXXIII. Erwähnung geschieht. Gewöhnlich versteht man den Brief H. Georgs an Luther selbst darunter; aber den hatte er schon am 15. Jan. an Sp. gesendet.

**) Vielleicht Marci, 25. April; die Martii gibt keinen Sinn, es müßte denn eine Zahl ergänzt werden; aber im März wäre wohl die Zusendung des Briefs von Herzog Georg an Luther selbst zu spät, und des an den Grafen Albrecht zu früh geschehen.

Evangelistae fideli, Wolfgango Stein, Latine Saxo, Graece Petro, Ebraice Kepha, in aula Principis Saxoniae Vinariae.

G. et P. Hunc Magistrum Henricum Zwetzen, olim procuratorem coenobii Novae civitatis, tibi commendo, optime Wolfgange, ut, si quid possis, eum apud Principem tuum juves, si forte quid possit e monachis istis accipere, in quos sua profudit. Institit, ut Principi ipsi scriberem, sed nolim molestus esse Principi. Per te potius velim agere, quod cuperem: itaque te oro, ut pauperi (?) miserearis. Vale. Bornae, fer. 5. post nuptias Wenceslai mirabiles. *) MDXXIII.

T. Mart. Lutherus.

---

1. May. N°. CCCCXCIII.

An Joh. Lange.

L. schreibt von Weimar aus über den Tod von Langes Ehegattin, und ermahnt ihn zur Standhaftigkeit.

Bey Aurifaber II. 308. b. Deutsch bey Walch XXI. 844.

Gratiam et pacem. Solutus es ab uxore, mi Lange: nescio an gratuler, an compatiar: sic habent res isto saeculo confusissimo et perturbatissimo. Speraveram te visitaturum nos in tanta vicinia constitutos, sed audio te vexari fulminis istius vestri technis et nequitiis. **) Sed omnis fortuna superanda ferendo est, dabit Deus his quoque finem: Christus sit tecum, et tu pro nobis orabis diligenter. Satan enim furit et cogitat plura, quam Deus ipse possit perficere tam subito, vigilandum itaque et orandum est. Vale in Christo, et tu vide περὶ τῆς πολυγαμίας, ut cautus et prudens sis. Vinariae, die Philippi et Jacobi, anno MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

*) Vgl. Br. a. W. Link v. 8. April. No. CCCCLXXXIV. **) Es scheint nicht jener Todesfall, sondern der Zorn u. die Bosheit der Feinde des Evangeliums gemeint zu seyn.

17. May. No. CCCCXCIV.

An Wolfgang Stein.

Ein scherzhaftes Empfehlungsschreiben für einen gewissen Thomas, der etwas beym Fürsten suchte.

Aus der Kraftischen Sammlung in Husum, bey Schütze II. 47.

Venerabili Viro, Domino Wolfgango Stein, Petro Graece, Kepha Hebraice, Rupi Latine, Stein Germanice, Evangelistae Ducali Vinariae.

G. et P. Petit hic Thomas, *) coram positus, nescio quae a Principe, petens scilicet per me commendari. Ego, qui te otiosum esse scio, libenter tibi hoc onus impono, ut tu ei vel consulas, vel pro eo intercedas. Homo quidem bonus et integer est, sed tu vide, quid ei prodesse possis. Dixi eadem M. Vito Victori Scacatico. Salutant te nostri omnes, praesertim Prior. Ego occupatus sum, ut scis, negotiis me parum dignis. Witembergae, Domin. Exaudi, MDXXIII.

T. Mart. Lutherus.

---

24. May. No. CCCCXCV.

An Nic. Hausmann.

Ein kurzes Schreiben, worin sich L. über seine vielen Geschäfte beklagt.

Bey Aurifaber II. 134. Deutsch bey Walch XXI. 845.

Gratia et pax. Redit ad te adolescens hic, optime Nicolaë, acceptis a me, quae habui et potui, voluit autem et ad te literas meas. Tu ergo fac, quod Christus docet. Caeterum ego corpore satis bene valeo, sed tot distrahor externis actibus,

*) Wahrscheinlich derjenige Mönch, dessen im Brief an Sp. vom 11. July No. DVIII. gedacht wird.

ut spiritus prope extinguatur, raroque sui curam habeat. Ora pro me, ne carne consumar. Saluta omnes domesticos fidei, ac vale in Domino. Witembergae die Pentecostes, MDXXIII.

Martinus Lutherus.

---

27. May. N°. CCCCXCVI.

An Spalatin.

Der Brief betrifft eine Haushaltungs-Angelegenheit des Klosters, dann den Handel des unglücklichen Pfaffenbeck, und den Briefwechsel mit Leimbach.

Aus Cod. 185. 4. Bibl. Goth. und Cod. Jen. a.; f. 242.

Dem wirdigen Herrn Magister Georgio Spalatino, fürstlichem Prediger und Diener Christi, meinem gunstigen Herren und Freunde.

G. et p. Wirdiger Herr Magister, unser Prior bittet und ich bitte auch, daß ihr wollet für ihn bitten gegen meine gnädigsten Herren umb guten Rath. Denn der Schösser zu Wittenberg will bis Sonnabend das Malz bezahlt haben, das er ihm verkauft hat, und der Prior hat kein Geld, und wird auch keines haben können. Der Bettelsack hat ein Loch, das ist groß, doch will er leider nicht gar zurissen seyn. Doch er soll auch nicht lang uns veziren, wills Gott. Wenn ich nicht so viel Geld hätte müssen vernarren mit ausgelaufen München und Nonnen, könnte ich dem Prior wohl ein Steuer gethan haben. Der Pfaffenbeck *) hat abermal mich ersucht, aber ich dar (darf) nicht mehr kommen, Gott helfe ihm. Ich habe die Antwort dem Leimbach **) M. G. H. lassen zusehen, habe sint nichts weiter gehöret. Hiemit Gott befohlen. Am Mittwoch in Pfingsten 1523.

M. L.

---

*) S. Br. v. 28. März, 12. April u. No. CCCCLI. d. vor. Jahres. **) S. d. Br. v. 9. Junius. No. DII.

29. May. Nº. CCCCXCVII.

An den Kurfürsten Friedrich.

Gratia et pax in Domino. Etiam te, mi Hieronyme, cogor uti in multitudine pauperum. Hic juvenis, Gregorius Keser, petit alicubi conditionem, et a me literas postulavit ad aliquem Nurmbergensem. Quamvis autem parum spei illi facerem, quod scirem omnia ubique plena, tamen in Dei nomine illum dimisi, qui etiam corvos pascit. Caeterum si vis Ketham tuam a Bora tenere, matura factum, antequam alteri tradatur, qui prae manibus est. Necdum vicit amorem tui. Ego certe utrumque utrique copulatum gauderem. Vale. Witembergae, 12. Octob. MDXXIV.

---

17. October. N⁰. DCXXII.

An Otto Braunfels.

Otto Braunfels, Schulrector in Straßburg, nachher Arzt in Bern, gab im J. 1524. einige Schriften von Joh. Huß heraus, und setzte eine Vorrede oder Zueignungsschrift an Luther vor. Darauf antwortet L. in diesem Brief, lobt das Unternehmen, ermuntert zur Fortsetzung, und dankt für die ihm geschehene Ehre.

Lateinisch befindet sich dieser Brief im T. II. Opusc. Jo. Hussi, in Monum. Joa. Huss. et Hieronymi Pragens. T. I. 420. ed. 1715. Dann bey Aurifaber II. 364., auch bey Seckendorf Hist. Lutheran. ind. III. Ins Deutsche übersetzte ihn Zeidler im Hall. Th. S. 474., wornach ihn die Ausg. Leipz. XXII. Anh. S. 82. und Walch XIV. S. 230. liefern.

Suo in Domino charissimo fratri, Othoni Brunfelsio, servo Christi.

Gratia et pax in Christo. Nihil est quod suspiceris, mi Otho, me non agnoscere officium et affectum tuum in me: agnosco sane, sed impar sum et indignus tali cultura. Gaudeo Joannem Huss, vere martyrem Christi, nostro saeculo prodire, hoc est, recte canonisari, etiamsi rumpantur Papistae. Utinam dignum sit nomen meum, cui talis vir dedicetur, et sub quo publicetur: tantum a laude mei abstineri velim, alioqui, Dei gratia, eo progressus jam longo maledictorum audiendorum usu, ut juxta aestimem benedictiones et maledictiones in hac vita. Accingere ergo, et quod reliquum est, sub solem proferto, ut plene canonisetur. Nihil habeo quod moneo, unum te oro, ut me Christo precibus commendes, miserum hominem: in quo plurimum vale. Plura scribere non licuit, sic distrahor. Vale et saluta omnes nostros. 17. Octobr. anno MDXXIV.

---

17. October. N°. DCXXIII.

An Spalatin.

L. übersendet einen neuen Schulplan; dagegen hat er über die Umwandlung des Allerheiligen-Stifts noch nichts beschlossen.

Bey Aurifaber II. 235. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 246. Deutsch bey Walch XXI. 917.

Suo in Domino charissimo Georgio Spalatino, servo Christi in aula Saxoniae. 1)

Gratia et pax in Domino. Remitto tibi libellum tuum, mi Spalatine, simul et formam scholae Principi proponendam: non magna spe, tamen tentandum in nomine Domini. De mutandis impiis ceremoniis in arce, pecunia indigne sustentatis, nihil dum statui: erit tempus, cum Deus volet, et de his consultandi. Interim vale in Domino. Witembergae, feria 2. post Galli, MDXXIV.

Martinus Luther.

---

1) Nach Cod. Jen.

18. October. N°. DCXXIV.

An Wolfg. Stein, Hofprediger in Weimar.

L. empfiehlt St. einen gewissen Simon, und schlägt ihn zu einer erledigten Pfarrstelle vor.

Aus der Kraftischen Sammlung zu Husum, bey Schütze II. 61.

G. et P. in Domino. Commendamus tibi, mi Wolfgange, hunc Simonem, afflictum et humiliatum. Narrat enim nobis D. Thomas in Buttstädt, vacare parochiam in Lucia, quam poteris ei tradere curandam. Idoneus satis est. Nos, explorato ejus casu in persona Christi, eum recepimus, sicut ille nos recepit in nomine Patris sui. Facies hac in re dignum opus officio tuo. Vale in Domine, et ora pro me. Fer. 3. post Galli, MDXXIV.

T. Mart. Luther.

22. October. N°. DCXXV.

An Nic. Gerbellius.

L. spricht seinem Freunde Muth ein wegen der Carlstadtischen Händel.

Bey Aurifaber II. 235. Deutsch bey Walch XV. 2443.

Gratiam et pacem in Christo. Sub Principe, imo Deo hujus mundi fieri ea, quae tali Deo digna sunt, et adversaria Deo vero, mi Gerbelli, quid est, quod miremur nos, qui scimus, quam non frustra nec falso ille, qui non mentitur, tantum Satanae tribuat, ut eum appellet Principem ac Deum, non unius gentis, sed totius mundi, scilicet quod nos velit admonitos. Id non est mirandum, potius, si vel paucae reliquiae superesse possint, sub tanta tyrannide, quae recte sapiant [1]) et salvae fiant, ut opus mirabile Dei veri excellentius emi-

1) Aurif. sapiunt.

neat. Proinde recte facit Carlstadius, ut olim Satanae traditus, tandem prodat sui Dei mysteria. Huc nihil perpulit hominem, quam toties per Christum impedita gloriolae vanae indomita libido, qua ardet cor istud inextinguibiliter. Proinde nostrum est, juxta doctrinam Pauli, securos agere, nihil solicitos esse, scientes, quia Dominus prope est, tantum ut precationes nostrae cum gratiarum actione innotescant apud Deum. Neque enim eo felicius pugnabimus aut vincemus, quo magis angimur aut soliciti sumus: nec eo infelicius cademus, si laeti ac hilares fuerimus. Tristitiam relinquamus cum solicitudine spiritui Carlstadii. Nos istam pugnam velut alia agentes sustineamus, causa Dei est, cura Dei est, opus Dei est, victoria Dei est, gloria Dei est, sine nobis pugnabit et vincet. Quod si nos dignabitur pro armis suis apprehendere, proni libentesque erimus. Haec scribo, ut horter te et per te alios, ne Satanam formidetis, nec conturbetur cor vestrum. Si injusti sumus, quid justius, quam ut opprimamur? Si justi, justus est Deus, qui educet justitiam nostram tanquam meridiem. Cadat itaque quod cadit, stet quod stat, res nostra non agitur, qui non ea, quae nostra sunt, quaerimus. Vale, mi Gerbelli, et ora pro me. Witembergae sabbatho post Lucae, anno MDXXIV.

Martinus Lutherus.

---

27. October. No. DCXXVI.

An Nic. Amsdorf.

L. entschuldigt sich gegen Amsdorf, der damals in Magdeburg angestellt war, daß er so selten schreibe, und meldet, daß er mit nichts weniger als damit umgehe, Melanchthons Locos theologicos zu übersetzen. Sodann berichtet er von der Orlamünder Angelegenheit, Carlstadts Abschied und Martin Reinhards Absetzung. Als nämlich L. in Orlamünde nichts gegen den verführten Pöbel ausgerichtet und Carlstadt dem kurfürstl. Befehl, das angemaßte Predigtamt niederzulegen, keine Folge geleistet, verwies ihn der Kurfürst durch einen Befehl vom 17. Sept. (wiederholt von Herzog Johannes unter dem 2. October) des Landes.

Bey Aurifaber II. 237. a. Vgl. Cod. Jen. B. 24. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXVII.

Gratia et pax. Tarde respondeo, mi Amsdorfi, nuntiorum inopia: dicito igitur Joanni Loro et uxori, ne ullum ex me periculum sibi metuant. Nihil minus ago, quam ut locos Philippi transferam: quanquam ante annum id a me postulatum, et a me receptum fuerat, tamen aliis obrutus negotiis in spongiam cadere sivi, quicquid id erat instituti operis, cum nostris prelis quotidiano et praesenti opere satisfacere nequeam.

Orlamundae acta nequiter edidit Martinus Reinhardus Jenensis praedicator in meam ignominiam et Carlstadii gloriam: ideo non respondeo, ne mea quaeram et gloriam illi studeam auferre, cum nihil ibi de causa agatur. [1]) Carlstadius interim scripsit Orlamundensibus, addita [2]) quoque seorsim subscriptio erat: Andreas Bodenstein unverhort und unuberwunden, vertrieben durch Martinum Lutherum. Vides, quod ego, qui martyr debui fieri, eo perveni, ut martyres ipse faciam. Egranus *) quoque martyrium jactat, scribens se expulsum tam a Papistis, quam Lutheranis. Vix credas, quam late serpserit jam etiam dogma Carlstadii de Sacramento. Plebanus Calensis resipuit et veniam petit, dum esset et ipse jussus terra cedere: scripsi pro eo, nescio an impetrem. Martinus Jenensis jussus cedere, plorans valefecit in cathedra, supplicansque pro venia, quinque florenos pro responso accepit, deinde per oppidum mendicare procurans 25 grossos accepit. Arbitror haec in bonum omnium concionatorum [3]) fieri, ut simul tentetur spiritus eorum, et simul discant cum timore praedicare et agere. Vale et ora pro me. Witembergae, feria 5. post Crispini, anno MDXXIV.

Martinus Lutherus.

---

1) Cod. J. illis — — agant. 2) Cod. J. — addita. 3) Cod. J. praedicatorum.

---

*) Joh. Sylvius, an welchen die Briefe No. LIX. LXI. CXVI. gerichtet sind.

30. October. No. DCXXVII.

An Spalatin.

Unter Uebersendung von Briefen der Argula von Staufen, empfiehlt er eine gewisse Frau Moch, welche ein kurfürstlicher Schösser bedrängte, und gedenkt des Abschieds des aus Orlamünde vertriebenen Carlstadt.

Bey Aurifaber II. 235. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 191. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXVIII.

Gratia et pax in Domino. Ecce tibi Argulae literas, quae et mihi et Philippo scripsit. Meminit responsionis suae cujusdam adversus Ingolstadienses, sed nondum vidi. *) Caeterum mandaveram nuper Lucae, **) ut pro paupere Mochinna illa apud Principem ageret, quae a Quaestore vexatur pro 10 modiis siliginis, ex Principis horreo mutuo acceptis, quorum 4 redditos ille negat et urget simul reddere, cum redditos possit illa probare. Deinde reliquos sex promittit reddere alio anno, hoc anno non potest: sic saeviente Albi periisse eis in agro etiam constat sata ejus hoc anno, nisi volet eam et pane et semine prorsus privari etiam pro futuro anno. Bona et proba, sed misera mulier est, viro inutili (ut scis) juncta: recte feceris itaque, si pro segni Luca tu hanc rem illi impetraveris.

Carolstadius literas Orlamundae scripsit, alteras viris, alteras feminis, quae publice vocatis per campanas lectae sunt omnibus simul flentibus. Erat autem subscriptio talis: Andreas Bodenstein unverhort und unuberwunden durch Martinum

*) Argula von Staufen (vgl. Br. v. 13. Junius 1522. No. CCCCVIII. 18. Jan. 1524. No. DLXXV.) hatte die Ingolstadter Universität angegriffen, wegen der Behandlung des Arsacius Seehofer, den sie zum Widerruf gezwungen hatte. S. das Verzeichniß ihrer dahin gehörigen Schriften bey Panzer Ann. d. deutschen Litter. 2. Th. S. 131. und Lipowsky Argula von Grumbach geb. Freiin von Staufen. München 1811. Gegen sie erschienen Spottreime u. d. T. Ein Spruch von der Stauferin ihres Disputirens halben, und sie antwortete darauf in der Schrift: Ein Antwort in Gedicht-Weis einem aus der hohen Schul zu Ingolstadt, auf einem Spruch, neulich von ihm ausgangen rc. S. Panzer a. a. O. S. 287.

**) Lukas Kranach.

Luther vertrieben. Tantum scribit mihi Rector Caspar [1]) Glatius ex Orlamunda. Vale. Dominica post Simonis et Judae, anno MDXVIV.

Martinus Luther.

---

30. October. N⁰. DCXXVIII.

An Gottschalk Crusius.

L. freut sich, daß G. in Celle für das Evangelium thätig ist, und klagt über die Verfolgungen in Baiern und Carlstadts Wuth.

Bey Aurifaber II. 236. Deutsch bey Walch XXI. 918.

Domino Gotsaligo, Christi fideli servo apud Zellam.

Gratiam et pacem in Domino. Semel tandem tuis ternis literis respondeo, mi Gotsalige, quarum priorem ex arce Hoya, reliquas ex Cella datas accepi, sed semper ita evenit, ut nuntii non possent referre literas meas alio scilicet acti, et ego ad te alias pertingere non potui. Gaudeo sane te Cellae esse, ac meam commendationem tibi profuisse. Matrona satis bona est Domina Margaretha, *) fortiter etiam a fratribus suis Principibus nostris monita, non tantum a me, verum mulier longa monachorum tyrannide sic contritam habens conscientiam et pavidam, ut brevi reparari non possit. Interim satis est eo pervenisse, ut verbum ferat ac non persequatur, quare feres ejus pusillanimitatem.

In Bavaria multum regnat crux et persecutio verbi, etiam non palam seminati, ita saeviunt illi porci, sed sanguis fusus suffocabit eos. Carolstadius sese martyrem gloriatur a me factum ac fugatum, totusque furit in nos, nova monstra parans

---

1) Nach Cod. Jen. Aurif. C.

---

*) Herzogin von Braunschweig-Lüneburg, Schwester Friedrichs des Weisen, vgl. No. CVII.

miser: quod aluit diu, tandem parere coepit, sed sectas esse oportet. Nam illum Thom. Munzerum audisse te credo. Tu vale et ora pro me. Witembergae, Dominica post Simonis et Judae, anno MDXXIV.

Martinus Lutherus.

---

1. November. No. DCXXIX.

An Spalatin.

L. fragt an, ob es wahr sey, daß der Kurfürst die Universität wolle eingehen lassen. Er erklärt dann die Stelle Röm. 15, 16., und äussert sich zuletzt über Erasmus Schrift de libero arbitrio.

Bey Aurifaber II. 237. b.; im Original im Cod. chart. 122. fol. Bibl. Goth., das wir verglichen; abschriftlich im Cod. Jen. a.; f. 331., deutsch bey Walch XVIII. 2498.

D. Georgio Spalatino, viro pio et erudito, servo Christi, suo in Domino charissimo. 1)

Gratia et pax. Id quod nuper dixi, mi Spalatine, iterum dico et moneo, ut diligenter explores, sitne animus Principis, ut labatur et ruat ista Academia. Quod eo libentius scirem, ut eos qui aliorsum vocantur quotidie, non frustra retineam. Nam ea fama jam sic percrebuit, ut Nurmbergenses per subornatos pro Philippo evocando solicitent: sic plane persuasum habent et scribunt, fore, ut deseratur haec schola. Scis autem Principem neque cogi debere neque posse. At interim dum cunctatur, perit nihilominus, quod perit, et negligendi non sunt alii, quibus in tempore consuli potest.

Nihil possum promittere exemplaris illi Benedictinensi uxorato, cum nostros ne dimidio quidem explere queam, libenter facturus omnia, si possem modo.

Sacrificium Juda, et Jerusalem placitum Deo, et oblatio munda in omni loco ipsum est, quod Paulus Rom. XV. jactat

---

1) Bey Aurif. fehlt die Zuschrift.

dicens: *Sanctifico Evangelium Christi, ut oblatio gentium fiat accepta.* Nam evangelicum ministerium, quo sanctificatur, glorificatur, praedicatur Deus, est summa omnium sacrificiorum veterum. Haec enim mundissima est oblatio. Quid enim verbo Dei, quo sacrificatur sacrificium laudis Deo, mundius? Eo autem sacrificio et nos offerimur, dum per verbum vetus homo crucifigitur, et novus Deo totus offertur in fide. Hoc autem sacrificium et nullum aliud est in omni loco, *quia in omnem terram exivit sonus eorum, et praedicatum est in omnem creaturam*, ait Paulus. Vetera autem, quia erant opera et non verbum nec virtus verbi, eatenus erant munda, quatenus is, qui offerebat, per sese vero immunda neminem mundant. Haec autem sacrificia mundant sacrificantes et sacrificata.

Caspar Tauber *) placuit, Christo gratiae. Incredibile est, quam fastidiam libellum de libero arbitrio, nec dum ultra 2 quaterniones ejus legi: molestum est tam erudito libro respondere tam eruditi viri. Vale et ora pro me. Witembergae, feria 3. omnium Sanctorum, MDXXIV.

Martinus Lutherus.

---

6. November. N°. DCXXX.

An Nic. Herrmann in Joachimsthal.

Auf die Frage H.'s, ob er wegen eines verdrüßlichen Handels Joachimsthal verlassen solle, räth ihm L., daß er bleiben soll.

Bey Aurifaber II. 238. Deutsch bey Walch XXI. 919.

Gratiam et pacem in Domino. Consuluit me M. Stephanus tuo nomine, mi Nicolaë, an e Valle cedendum sit tibi, compositis actis et causis. Ego vero censeo, postquam Dominus tibi jam dederit gratiam, ut praeteritum casum patienter viceris, perseverandum tibi esse, praesertim cum sese jam amicos

*) Ein Märtyrer des Evangeliums. Vgl. d. folg. Br. an Nik. Hausmann.

exhibeant, ut scribis, donec in finem omnia vincas. Quis scit, quid Deus super te cogitet, aut quid per te facturus sit? Nosti illud Salomonis: *Si placuerint Domino viae viri, etiam inimicos ejus convertet ad pacem:* vince itaque bono malum, et cum bonitate expedias te et fidejussores tuos, valedicto stricto illi (ut dicunt) juri et rigori. Diligenter te commendavi Dominae Capitaneae, cum hic esset, si velis eam meae commendationis commonefacere, et ea uti licebit: videbatur mihi ultro favere et tibi et Stephano. Ego vero has literas violentas et fraudulenter raptas et invulgatas non solum apud illam verbis expostulavi, sed et literis apud Capitaneum, significans mihi vehementissime displicere et iniquissime esse factum, atque satis fortiter egi causam tuam, ut spes sit omnia fore meliora tandem operante Christo, in quo bene vale et ora pro me peccatore. Witembergae, 6. Novemb. MDXXIV.

Martinus Lutherus.

---

12. November. N°. DCCXXXI.

An Nic. Hausmann.

L. will dem Erasmus antworten, aber noch über das Abendmahl gegen Carlstadt schweigen. Er hält es nicht für rathsam, ein evangelisches Concilium zur Festsetzung einer allgemeinen Form des Gottesdienstes zu versammeln. Nachrichten von evangelischen Märtyrern.

Bey Aurifaber II. 243. Deutsch bey Walch XVIII. 2500. Das Stück Mihi non satis tutum — — — — in carne et elementis (al. elemento) mundi führt Schelhorn Amoenit. II. 41. aus einer alten Handschrift und aus ihm Strobel-Ranner p. 106. als eigenen Brief auf. So haben wir es auch gefunden im Cod. chart. 402. f. Bibl. Goth. und im Cod. Clossii.

Gratia et pax in Domino. Non oblitus sum tui, mi Hausmanne, quanquam verum sit, varietate rerum et causarum mihi memoriam etiam accedente aetate infirmari. Erasmo respondebo non propter ipsum, sed propter eos, qui autoritate ejus abutuntur in gloriam suam contra Christum. De Eucharistia, quod antea monuisti, differo scribere, donec Carolstadius

prodierit sua venena profusurus, ut mihi promisit accepto etiam aureo nummo a me, quanquam jam potiorem partem insulsorum ejus argumentorum teneam. Zwinglius cum Leone Judaeo in Helvetiis cum Carolstadio eadem sentiunt: ita late serpit hoc malum, sed Christus regnat, nedum pugnat. Missam vernaculam opto magis quam promitto, quod impar sim huic operi, quod musicam simul et spiritum desiderat: interim permitto quoslibet in sensu suo abundare, donec alia Christus dederit.

Mihi non satis tutum videtur, concilium ex nostris cogi pro unitate ceremoniarum statuenda: est enim res mali exempli, quantumvis bono zelo tentata, ut probant omnia Ecclesiae concilia [1]) ab initio. Ita ut et in apostolico concilio ferme de operibus et traditionibus magis quam de fide sit tractatum, in posterioribus vero nunquam de fide, sed semper de opinionibus et quaestionibus disputatum, [2]) ut mihi conciliorum nomen paene tam suspectum et invisum sit, quam nomen liberi arbitrii. Si una ecclesia alteram sponte non vult imitari in externis istis, quid opus est conciliorum decretis cogi, [3]) quae mox in leges et animarum laqueos vertuntur? Imitetur ergo altera alteram libere, aut suis moribus sinatur frui, modo unitas spiritus salva sit in fide et verbo, quantumvis sit diversitas et varietas in carne et elemento [4]) mundi.

Credo te vidisse Casparis Tauber historiam martyris novi Viennae, quem caesum capite scribunt et igne exustum pro verbo Dei. Idem accidit Budae in Ungaria bibliopolae cuidam Joanni, simul cum libris circa eum positis exusto, fortissimeque passo pro Domino. Sanguis sanguinem tangit, qui suffocabit Papam cum regibus et regnis suis. Vale et ora pro me peccatore. Witembergae, feria post Martini, anno MDXXIV.

Martinus Lutherus.

1) Schelhorn: exempla. 2) Sch. † est. 3) Cod. Closs. agi. 4) Sch. Mss. elementis.

14. November. No. DCXXXII.

An Spalatin.

Empfehlung böhmischer Flüchtlinge.

Bey Buddeus p. 34. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 246. Deutsch bey Walch XXI. 926.

Venerabili Viro, Domino M. Georgio Spalatino, servo Christi in aula Saxoniae, suo in Domino fratri.

Gratiam et pacem in Domino. Venit hic Baro Bohemus etiam meis ad te literis armatus, mi Spalatine: mysterium autem est, quod rogant ut celetur, quantum potest, nempe Principem accedere volent postulaturi mutuum aliquam summam in necessitate sua. Audies forte omnia. Ex me primum volebant spem capere. Ego nihil habui quod darem spei, nisi quod Principem dictabam humanissimum quidem et benignissimum, caeterum nescire me, quid in facultate sua haberet aut posset. Haec est causa, qua moverunt me ad scribendum tibi, ut tu quoque adesse velis ejus causae. Unus ex eis Martinus est, Ecclesiastes Pragensis, expulsus propter verbum, mihi antea ex literis satis notus. Hoc autem nomine Baronis [1]) pater commendatus est etiam, quod non solum insignes Barones fidejussores allegat, sed et exulum evangelistarum patronus est pater ejus, verbo Dei faventissimus. Tu pro tua prudentia et dexteritate facies, quod factu opus est. Vale. Witembergae, feria 2. post Martini, MDXXIV.

Martinus Luther.

---

17. November. *) No. DCXXXIII.

An das Capitel zu Wittenberg.

---

1) Vermuthung statt Baroni.

---

*) Nach Seckendorf I. 276. soll dieses Schreiben vom Donnerstag nach Martini datirt seyn; ich vermisse zwar den Beweis, aber da L. am 2. Dec. schreibt, er habe von den Stiftsherren endlich die Abschaffung der Messe erhalten, so scheint das angegebene Datum Donnerstag nach Nicolai (8. Dec.) falsch zu seyn.

Wittenb. IX. 201. Jen. II. 498. Altenb. II. 839. Leipz. XVIII. 500.
Walch XIX. 1451.

Gnad und Fried in Christo, Wirdigen lieben Herren. Es ist abermals für mich komen, wie man in euer Kirchen das Sacrament unter einerley Gestalt gereicht, wider das, so beschlossen, und sonderlich vormals mir durch den wirdigen Herrn Dechant zugesagt ist. Weil ich denn spüre an euch, daß unser hohe Geduld, so wir bisher [1]) euer teufelisch Wesen und Abgötterey in euer Kirchen getragen, nirgend hinreichen will, denn daß ihr euer Frevel und Trotz dadurch mehret und stärket, so lang, bis ihr nicht allein Gottes Wort, so euch angeboten wird, so schändlich verachtet, daß ihr auch davon lauft, und nicht hören wollet; sondern, als ich aus dem Sacrament reichen einerley Gestalt wohl merk, das im Sinn habt, daß ihr unser Gemein und Einigkeit gedenkt, wo ihr möchtet, zütrennen, Rotten und Secten anrichten, welchs endlich zu Aufruhr möcht gedeihen: werde ich gedrungen, als ein berufener Prediger dieser Gemeine, mit Gottes Gnaden, Rath und Mittel dawider fürzunehmen, damit ich meinem Gewissen gnug thue, und das Feuer, weil es noch im Zunder glimmet, zu dämpfen, so viel an mir ist.

Dieweil ihr denn nu meines gnädigsten Herrn Meinung wohl wisset, daß Se. Kurfl. Gnaden kein Beschwerung daran hat, wo ihr thut, was recht ist, und dazu wissen sollet und thun was Gott will, daß ihr euch weder mit dem Fürsten, noch mit Unwissenheit entschüldigen möget; sondern nichts mehr, denn ein lauter trotziger Muthwille, durch des Teufels Gewalt, euch besessen hat: ist derhalben an euch mein freundliche Bitte und ernstliche Begehr, daß ihr dieß Spiels alles ein Ende macht, das rottisch und sectisch ist, Messen, Vigilien und alles abthut, das dem heiligen Evangelio entgegen, und solche Ordnung fürnehmet, damit unser Gewissen für Gott und Name für der Welt bestehen mügen, als die euers Teufels Gemeinschaft vermeiden und zu fliehen gesinnet sind.

Wo ihr aber solchs würdet euch wegern, habt ihr wohl zu vermuthen, daß ich nicht rugen werde, ob mir Gott hülfe, daß ihrs thun müßtet ohn euern Dank. Darnach wisset euch zu richten. Und begehre deß ein richtig, strack, unverzüglich Antwort, Ja oder Nein, für diesem nähesten Sonntag, mich darnach zu richten. Gott

---

1) Walch † gegen.

gebe euch seine Gnad, seinem Licht zu folgen, Amen. Am Donnerstag nach Nicolai, Anno 1524.

Martinus Luther,
Prediger zu Wittenberg.

---

18. November. N°. DCXXXIV.

An Spalatin.

Nachdrückliche Empfehlung des Dr. Eschhaus zur Stelle des D. Stagmann, welcher wegzugehen gedenkt.

Bey Aurifaber II. 243. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 192. Deutsch bey Walch XXI. 927.

Domino M. Georgio Spalatino, servo Christi.

Gratiam et pacem. Hoc, quod modo ad te scribo, mi Spalatine, vellem, qua soles fide et diligentia, curares, id quod a te petitur et suppliciter et fortiter. Doctor Stagmannus dicitur discessum meditari vel alio vocatus, vel eo stipendio non potens ali, sicut creditur facile. Huic succedere cupit D. Thomas Eschhaus, 1) vir jam aetate gravis et accepto morbo simul accursum hominum amittens, anxie solicitari incipiens, ne in senectute mendicet, id quod donandum est infirmitati saeculi. Jam vero cum de Academia sit bene meritus, et satis feliciter prae aliis medicam rem exercuerit, sitque adhuc optimus et primus inter nostros, adde quod et necessitate hic manere cogetur, deinde medicinae praesertim practicae, cui sufficiendus est, testibus auditoribus sit abunde satis idoneus, nec dubium, quin ad hoc ab auditoribus postuletur et rogetur, ubi ille discesserit, ut si in collegio non potest, domi saltem praelegat, quantus est illius disciplinae scholarium numerus: dignus est, pro quo et nos oremus, et tu fideliter labores, ut hoc auctario honoratus et adjutus, usque ad finem suum (qui forte velocior veniet quam putatur) sustentetur apud nos honeste, praesertim cum id nec gratis optet, et cum fructu

---

1) Aurif. Eschaub.

possit respondere. Hoc igitur supplicationis officium cum illi negare nec debeam nec possim, in tuum sinum commendo, qui facturum spero te, quod commode poteris praestare, Bene vale in Christo. Witembergae, feria 6. post Martini, anno MDXXIV.

Martinus Lutherus.

---

24. November. N°. DCXXXV.

An Spalatin.

L. übersendet einen (verloren gegangenen) Brief an Argula von Staufen, empfiehlt eine kirchliche Angelegenheit in Kemberg, und klagt, daß der Pfarrer in Leisnig so schlecht gehalten werde, und daß man überhaupt für die Pfarrer so schlecht sorge.

Bey Aurifaber II. 244. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 193. Deutsch bey Walch XXI. 929.

Gratiam et pacem. Si qua responderis Argulae nostrae, mi Spalatine, rogo meas has simul ad eam literas mittas, potes enim, quod ego non possum.

Causam Kembergensem etiam tibi commendo. Sacerdotiolum ex majore parte ex civium bonis constitutum, nunc collapsis missis, cogitant id in cistam communem conferre, inde solarium ludimagistri provisuri. Pia est cogitatio, sanctum et necessarium opus, scholas constituere, ut nosti. Nunc Listani obsistunt, qui vicario jure cum senatu Kembergensi alternis collationem exercent ejus sacerdotioli. Id autem contulerunt cuidam, qui alias tribus parochiis potitur, deinde non residet, nec quidquam facit, nisi quod reditus nec merito nec necessario consumit, interim neglecto opere, quod his promoveri potest, praesertim cum sit civium substantia. Fac itaque quod potes, ac vale in Domino.

Leisnicenses Tilomannum fame tandem expellent. Bonus vir graviter queritur, cur Princeps ibi cessat? Sed his exemplis credemus fore, ut parochias resignent boni viri, qui sic postea derelinquantur. An rursus ad monasteria propellentur potius? Discruciat me vehementer hoc pessimum exemplum,

quod ut primum ita oportuit esse optimum: pertinet ad te quoque hujus causae cura vel maxime. Iterum vale. Witembergae, feria 5. post Elisabeth, anno MDXXIV.

Martinus Luther.

---

27. November. N°. DCXXXVI.

An Spalatin.

L. beklagt sich über einen heftigen Brief Sp.'s, in welchem er Jonas Unrecht gethan. Auf diese Weise, fürchtet er, werde man diesen und ihn selbst zwingen wegzugehen. Die Sache betrifft die Aufhebung der Messe im Stift, wogegen sich der Decan Beskavius und zwey Stiftsherren setzten, und Jonas verleumdeten. S. Seckendorf I. p. 276. Vgl. Br. v. 16. Oct. 1523. No. DXLII.

Bey Aurifaber II. 245. b. Deutsch bey Walch XXI. 932.

Gratiam et pacem. Quid accidit tibi, mi Spalatine, ut tam scribas minaciter ipse potius, ac imperiose? Nondum est Jonas tibi Principique tuo satis contemtus, nisi pergatis optimum virum toties fodere? Certe non est opus, ut bonos viros tam levi pensos, tam superbe relegetis: erit forte, ut plus nimio alias relegentur. Meum si quid valet testimonium, innocens est in hac causa. Solus ego hoc saxum volvo. Tu autem vetus aliquid in illum alens monstrum, statim mendacibus et sacrilegis Canonicis credis, quicquid scribunt, et in illum suspicionem vertis, et me seditionis arguis. Sed notum est ingenium Principis, quod viros levipendit. Sic Evangelion honoramus, ut ejus ministris non queamus favere unam praebendulam pro vita sua, cum aliis sine difficultate copias subministremus, ut blasphement Deum nostrum. Deinde hoc longe iniquissimum et insidiosissimum est, quod sic abire jubetis, ut nihil minus, quam jussisse velitis videri, et eam vafritiam Christum non videre putatis. Cur non aut plane jubetis, aut simpliciter fertis? Significa tantum, statim stomacho vestro medebimur, si adeo sumus odio aut nausae. [1])

Jonas vir is est, quem oportuit multo pretio emtum et servatum in terra, sed vobis stipula et alga vilior. Justus au-

1) Aurif. nausea.

tem Deus, qui vos cogit, pro tali iniquitate, ingratissimos nebulones et nocentissimos hypocritas sumtuosissime alere. Deinde arbitror, nos non fuisse aut esse Principi damno, ut commoda taceam. Nisi nullum commodum vos putatis Evangelion per nos ortum, quo et animae vestrae salvantur, et substantia mundi non parva ad marsupium Principis redire coepit, ac quotidie magis redit, ut si ab aliis meremur invidiam, a vobis certe meliorem quam hanc gratiam mereri debueramus. Nisi forte impleri oportet illud: *Retribuebant mala pro bonis*, vel illud: *Non est acceptus propheta in patria sua.* Sed tamen Dominus pascet etiam nos, ut nihil nobis desit, si vos submoveritis alimonia et maledicta pecuniola. Si autem vos in hac re aliquid molimini, optare licet, sperare neque libet neque oportet.

Ego, si Dominus volet, istas missas abrogabo, vel aliud tentabo. Si tu voles tueri, tuetor sane: mihi fraus et vis subdola in istis semitribus Canonicis *) adversus unitatem totius Ecclesiae nostrae ferenda non est amplius. Video quid alant, quod tu mulierculae unius factum causaris. **) Proinde, mi Spalatine, tracta, quaeso, nos pauperes et exules Christi mitius, aut rotunde profer sententiam, ut sciamus, quo tendamus, tantum ne simul nosmet confundere cogamur obliqua ista jussione, quam futuram captatis, ut coacti abire nullum possimus coactorem nominare, nisi nos ipsos, et vos cum honore maneatis, simul expulsores et servatores. Vale et ora pro me. Dominica 1. Adventus MDXXIV.

Martinus Luther.

---

30. November. N°. DCXXXVII.

An Spalatin.

L. widerräth Sp. auf seine Anfrage, den Hof und seine Stelle daselbst zu verlassen, es sey denn, daß seine Verheurathung ihn dazu nöthige. Er selbst erklärt, in Beziehung auf eine Aeusserung der Argula, daß er nicht gesonnen sey in die Ehe zu treten.

---

*) Vescavius, Stoffelstein und Volmar. **) Der Decan hatte einem Weibe die Communion unter einer Gestalt gereicht.

An Nic. Hausmann.

Betrifft die Angelegenheit eines Mannes, für welchen H. meistern Fürsprache einlegen soll.

Aus der Hahnischen Sammlung zu Kiel, bey Schütze II. 62., Ranner p. 106. Deutsch bey Walch XXI. 1366

Venerabili Viro Dn. Nic. Hausmanno, Epis nensis Ecclesiae.

G. et P. Vidit me et loquutus est mihi vir ist non urgeret me in causa sua, quamvis promtus es et ipsi et mihi, ut tu pro eo apud Consules, [1] agas, facturos omnia pro sua benignitate, quae p et ora pro me peccatore. Witteb. fer. 4. pos MDXXIV.

Fratri tuo Valentino jam antea a me scriptum postulatores. Saluta Dominum Hermannum Mulp

---

12. December. N

An Spalatin.

Bey Aurifaber II. 280. b. Vgl. Cod. Jen. b.; f. 65. Deutsch bey Walch XXI. 936.

Gratiam et pacem. De relinquendo ministerio verbi, mi Spalatine, adhuc aliud non sentio, quam antea. Non enim causa tua mihi satisfacit, quod sint alii te peritiores in linguis aut majoribus donis ornati. Nullum ego scio, nisi velis vel Philippum ipsum, aut Pomeranum, vel Jonam succedere tibi: de grege nostro non habeo, quem tibi praeferam. Vide autem, ne tentatio sit, quae postea, si cesseris, magis sit te adfectura 1) poenitudine immedicabili: Satan est nequam. Proinde nunc magis consulo, ut perseveres, ut probetur spiritus, an ex Deo sit, vel an tenteris, magis quam eum Principem deseres forte proximum sepulchro, et novo ministro conturbes ultimos dies ejus. Quod ubi contingeret te recedente, statim illum e vivis excedere, perpetuo doleres, te non perseverasse ad diem illum. Sic sentio: tu ergo boni consule, ac vale. Wittembergae, feria 2. post Nicolai, anno MDXXIV.

Martinus Lutherus.

---

14. December. N°. DCXLI.

An Spalatin.

L. sendet an Sp. Briefe, die er aus Straßburg erhalten, und worin Carlstadts Ankunft und Treiben daselbst gemeldet war. Er will sogleich ein Sendschreiben an die Straßburger erlassen, welches hier folgt.

Bey Aurifaber II. p. 247. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 194. Deutsch bey Walch XXI. 937.

Servo Christi D. Georgio Spalatino, ministro verbi in aula Saxoniae, suo in Domino fratri. 2)

Gratiam et pacem. Hodie ex Argentorato literas amicorum *) accepi, mi Spalatine, de Carlstadio, qui illac iter faciens

1) Cod. Jen. adflictura. 2) Nach Cod. Jen.

*) Von Gerbelius, Capito, Hedio u. a. Sie finden sich in Koppes Nachlese nützlicher Reform. Urkunden II. 641. f. f.

Basileam versus, tandem quinque libros evomuit, duos adhuc eructans. *) Ibi ego bis Papista, affinis Antichristi, et quid? Mirum, quam furiat in me, nihil in me sinit integrum esse, ut etiam suos offendat ea furia. Ottonem Brunsfelsium cepit, quem et solum illic allocutus est, novum igitur flagrat incendium. Ego Epistolam ad Ecclesiam Argentinensem edo in hoc biduo, consolatus, donec plane respondere donet Christus. Remitte Epistolas, libros visurus Satanae hujus statim.

Virum, quem commendasti, allocutus sum. Ora vero tu pro nobis, ut gloria Christi triumphet, ac vale. Respondi vero ad proximas literas, credo eas te hodie accepisse. Witembergae, feria 4. post Luciae, anno MDXXIV.

Martinus Luther.

---

15. December. No. DCXLII.

An die Christen zu Straßburg.

Warnung vor Carlstadts Lehre vom Sacrament und übriger Schwärmerey.

Lateinisch bey Aurifaber II. 247. Viteb. VII. 501. Deutsch Wittenb. II. 57. Jen. III. 111. Altenb. III. 104. Leipz. XIX. 225. Walch XV. 244. Besonders gedruckt wurde es im J. 1525. unter dem Titel: Ein Brief an die Christen zu Straßburg, wider den Schwärmer-Geist. Wittenberg s. a., auch s. l. 1525. 4. S. Rotermund S. 40. Wir geben den Text nach dem ersten Drucke.

Martinus Luther, unwirdiger Ecclesiast und Evangelist zu Wittenberg, den allerliebsten Freunden Gottes, allen Christen zu Straßburg.

Der Herr kennet den Weg der Gerechten, aber der Gottlosen Weg wird umbkummen. 1) Psalm 1, (6.)

1) G. T. vergehn.

*) Von dem widerchristlichen Mißbrauch des Herrn Brods und Kelchs — Dialogus von dem gräulichen abgöttischen Mißbrauch des Sacraments Jesu Christi u. a., welche Löscher Hist. motuum Th. I. S. 35. anführt.

Gnad und Fried von Gott unserm Vater, und dem Herrn Jesu Christo. Allerliebsten Herren und Brüder! Ich bin bisher hoch erfreuet, und danke Gott dem Vater aller Barmherzigkeit fur die reiche Gnade, die er an euch gewandt hat, und euch zu seinem wunderbarlichen Licht beruffen, und in die Gemeinschaft alles Reichthumbs seines Sohnes Jesu Christi kummen lassen, daß ihr nun durch sein heilsams Wort erkennen und nennen mögt mit fröhlichem Herzen den rechten Vater, der uns aus dem gräulichen Finsternuß des Endchrists erlöset, und aus dem eisenen Ofen Egypti, der Sunden und des Tods, geführt in das weite, sicher, frey, rechte gelobte Land.

So sehet nun hinfurt zu, daß ihr hinter euch gedenkt, was ihr gewesen seyd, und sollicher großen Gnade und Barmherzigkeit nit undankbar erfunden werdet, wie etliche schon thun, und Gottes Zorn wiederumb erwecken; sunder bleibt, übet euch, und nehmet täglich zu in derselben Erkanntniß und Gnade Jesu Christi. Dann das ist der rechte Weg zur Seligkeit, der euch nit fehlen kann. Und schauet ja drauf, daß ihr eines Sinnes fest bleibt, und brüderliche Liebe mit der That untereinander beweiset, auf daß damit euer Glaube zeuge, daß er nit falsch, faul noch müßig sey, und der Feind, so ausgetrieben, nit wiederkumme, und das Haus müßig und schön finde, und mit sieben ärgern Geistern einfalle, daß das letzte ärger werde denn das erste. (Luc. 11, 26.).

Ob ihr aber daruber gelästert oder verfolget, selig seyd ihr (Matth. 5, 12.); haben sie den Hausvater Beelzebub geheißen, oder vielmehr sein Hausgesind? Der Knecht solls nit besser haben dann sein Herr (Matth. 10, 24. 25.). Und was mags schaden, so arme Menschen, die wie ein Rauch vergehn (Ps. 37, 20.), euch lästern; so ihr gewiß seyd, daß so viel tausendmal tausend Engel im Himel und Gott selbs uber euch sich freuen, und mit allen Creaturen euch loben und preisen? Wie das alles euer Glaube und gut Gewissen im heiligen Geist fuhlet und euch Zeugniß gibt, wo ihr anders recht glaubt und Christum wahrhaftig in euch habt leben und regieren. Dann solche Leiden bessern und fürdern nur unser Seligkeit.

Aber das seind fährliche Sachen, wo Zwietracht, Secten und Irrunge unter den Christen aufstehn, dadurch solch tröstliche Erkanntnuß die Gewissen verrucken und irre machen, und heimlich von der Gnade im Geist heraus reißen in äusserliche Dinge und Werk, wie die falschen Apostel thäten, und hernachmals mancherley Ketzer, und

zuletzt der Papst. Hie ist hoch vonnötten zu wacheu. Denn wo unser Evangelion das rechte Evangelion ist, wie ich denn kein Zweifel habe und gewiß bin: so muß das auch folgen vonnötten, daß es zu beyden Seiten angefochten, versucht und bewährt werde: zur Linken durch äusserlich Schmach und Haß der Widerwärtigen: zur Rechten, durch unser eigen Zertrennung und Zwietracht; wie Paulus spricht (1 Cor. 11, 19.): Es müssen Ketzerey seyn, auf daß diejenigen, so bewährt seynd, offenbar werden. 1) Christus muß nit allein Caipham haben unter seinen Feinden, sunder auch Judam unter seinen Freunden.

Weil wir dann solichs wissen, sollen wir geharnischt und gerüst seyn, als die sich gewißlich versehen müssen alle Stunde beyderley Anstöß, und uns gar nichts wundern noch erschrecken, so sich unter uns ein Zwietracht erhebt; sunder frisch gedenken, es muß und will also seyn, und Gott bitten, daß er bey uns sey und auf der rechten Bahne behalte. Dann, wie Moses sagt (5 Mos. 8, 2. C. 13, 3.), Gott versucht uns damit, ob wir von ganzem Herzen an ihm hangen, oder nit.

Das sage ich darumb, weil ich erfahren habe, wie sich neu Propheten an etlichen Enden aufwerfen, und wie mir etlich der euern geschrieben, daß bey euch Doctor Carolstad ein Rumor anricht mit seiner Schwärmerey vom Sacrament, von Bilden und Taufe; wie er dann anderswo auch than hat, und mich schilt, als hab ich ihn aus dem Land vertrieben.

Nun, mein allerliebsten Freunde, ich bin euer Prediger nicht, Niemand ist mir auch schuldig zu glauben; ein jeglicher sehe auf sich. Warnen mag ich Jedermann; wehren kann ich Niemand. Ich hoffe auch, daß ihr mich bisher also in meinen Schriften habt erkannt, daß ich das Evangelion, die Gnade Christi, das Gesetz, den Glauben, die Liebe, das Kreuz, Menschengesetz, was vom Papst, Münchenstande und von der Messen zu halten sey, und alle Hauptstuck, die eim Christen zu wissen noth seind, so lauter und gewiß gehandelt hab, daß ich darin unsträflich erfunden bin, und ja nit leugen kann, daß ich ein unwirdiger Gezeug Gottes gewesen bin, dardurch er viel Seelen geholfen hat.

Welcher Stuck noch nie keins hat wöllen recht furnehmen D. Carlstad, auch nit vermag, als ich jetzt aus seim Schreiben sehe,

1) G. T. die, so da rechtschaffen sind, offenbar unter euch werden.

das ich wahrlich nit gemeint, und gleich erschrocken bin, daß der Mann noch so tief liegt. Und als mich sein Ding ansicht, fällt er heraus auf die äusserlichen Dinge mit solichem Ungestüme, als läge die ganze Macht eines christlichen Wesens an dem Bildstürmen, Sacrament stürzen und Taufe hindern; und wöllt gern mit solichem Rauch und Dampf die ganze Sunne und Licht des Evangelion und und die Hauptstuck christliches Glaubens und Wesens verdunkeln, daß die Welt solle alles vergessen, was durch uns bisher gelehrt ist. Und thut sich doch nit herfur, daß er aufbrächt, welches doch dann ein recht christlich Wesen sey. Denn Bildstürmen, Sacrament leugnen, Taufe straffen, ist ein schlechte Kunst, die auch ein Bube vermag, und je kein Christen macht nimmermehr. Darumb ist das ein grober Teufel, der mich wenig ansicht.

So ist nun mein treuer Rath und Warnunge, daß ihr euch fursehet und auf der einigen Frage beharret, was doch einen zum Christen mache, und laßt beyleibe kein andere Frage noch Kunst dieser gleich gelten. Bringt Jemand etwas auf, so fahet an und sprecht: Lieber, macht dasselb auch ein Christen, oder nit? Wo nit, so laßt es ja nit das Hauptstuck seyn, noch mit ganzem Ernst drauf fallen. Ist aber Jemand zu schwach solichs zu thun, der nehme ihm der Weile, und harre doch bis er sehe, was wir oder andere darzu sagen. Ich habs je [1]) bisher recht und gut gemacht in den Hauptstucken, und wer anders sagt, das muß kein guter Geist seyn: ich hoffe, ich wölls auch in den äusserlichen Stucken, da solche Propheten alleine auf pochen, nit verderben.

Das bekenne ich, wo D. Carlstad oder Jemand anders vor fünf Jahren mich hätte mögen berichten, daß im Sacrament nichts dann Brod und Wein wäre, der hätte mir einen großen Dienst than. Ich hab wohl so harte Anfechtunge da erlitten, und mich gerungen und gewunden, daß ich gern heraus gewesen wäre, weil ich wohl sahe, daß ich damit dem Papstthumb hätte den größten Puff können geben. Ich hab auch zween gehabt, die geschickter davon zu mir geschrieben haben, dann D. Carlstad, und nicht also die Wort gemartert nach eigenem Dunken. Aber ich bin gefangen, kann nit heraus: der Text ist zu gewaltig da, und will sich mit Worten nit lassen aus dem Sinn reißen.

1) Walch: † Gott Lob.

Ja, wenn noch heutes Tages möcht geschehen, daß Jemand mit beständigem Grund beweiset, daß schlechtes Brod und Wein da wäre, man dörft mich nit so antasten mit Grimm. Ich bin leider allzugeneigt darzu, so viel ich einen Adam spure. Aber wie D. Carlstad davon schwärmet, ficht mich so wenig an, daß mein Meinung nur dester stärker dadurch wird. Und wenn ichs vorhin nit hätte glaubt, wurde ich durch solch lose, lahme Possen, ohn alle Schrift, allein aus Vernunft und Dunken gesetzt, allererst glauben, daß seine Meinunge müßte nichts seyn, als ich hoffe Jedermann sehen soll, wenn ich nun antworte. Ich glaub auch kaum, daß sein Ernst sey; oder Gott muß ihn verstockt und verblendet haben. Dann wo es Ernst wäre, wurde er nit so lächerliche Stücklein mit einmengen, und aus griechischer und ebräischer Sprache daher gaukeln, welcher er doch nit viel vergessen hat, wie man wohl weiß.

Also mit dem Bildsturmen möcht ich sein Toben leichtlich tragen, weil auch ich mit meim Schreiben mehr abbrochen habe den Bilden, dann er mit seim Sturmen und Schwärmen immer thun wird. Aber daß man die Christen auf solich Werk hebet und treibet, als müßt mans thun, oder sey kein Christen, und will die christliche Freyheit mit Gesetz und Gewissen fangen, das ist gar nit zu leiden. Dann wir wissen, daß aus keinem Werk ein Christen wird, und solche äusserliche Ding, als Bilde und Sabbath, im Neuen Testament frey seind, wie alle andere Ceremonien des Gesetzes. Paulus spricht 1 Cor. 8, 4: Wir wissen, daß Götze nichts ist in der Welt. Ists nichts, warumb sollt man dann der Christen Gewissen fangen und martern umb nichts willen? Ists nichts, so sey es nichts, es falle oder steh, wie er auch von der Beschneidung redet; doch davon weiter in der Antwort.

Daß er mich schilt, ich habe ihn vertrieben, möcht ich leiden, es wäre wahr, wöllts ob Gott will auch wohl verantworten; bin aber froh, daß er aus unserm Lande ist; wunsche auch, daß er bey euch nit wäre, und ihm selbst zu rathen gewesen wäre, er hätte sich solcher Klage enthalten. Dann ich besorge, meine Entschuldigung werde ihn gar hart verklagen. Hüte sich fur dem falschen Geist, wer da kann; das rathe ich, da ist nichts Guts hinter.

Er hätte mich selbs zu Jene, aus Ursach einer Schrift, schier uberredet, daß ich seinen Geist nit mit dem Alstetischen, aufrührischen, morderischen Geist vermenget hätt. Aber da ich gen Orlamunde unter seine Christen kam aus Fürstlichem Befehl, fand ich

wohl, was er fur Samen da gesäet hatte, daß ich froh ward, daß ich nit mit Steinen und Dreck ausgeworfen ward, do mir etliche derselben einen solichen Segen gaben: Fahr hin in tausend Teufel Namen, daß du den Hals brächst, eh du zur Stadt hinaus kummst. Wiewohl sie sich gar fein geschmuckt haben im Büchlein, davon ausgangen. Wenn der Esel Hörner hätte, das ist, wäre ich Furst zu Sachsen, D. Carlstad sollt nit vertrieben seyn, es wäre mir denn abgebeten; er laß ihm nur die Güte der Fursten nit verschmahen.

Doch, lieben Freunde, ich bitte, daß ihr ja wöllt weiser seyn dann wir, ob wir zu Narren wurden, und von unserm Thun schrieben. Ich merke wohl, der Teufel sucht nur Ursache, daß man von uns Menschen, wie frumm oder böse wir seyn, schreiben und lesen solle, damit der Hauptsache Christi geschwiegen, und den Leuten das Maul mit neuer Zeitunge aufgesperret werde. Ein jeglicher sehe nur auf die stracks Bahn, was Gesatz, Evangelion, Glaube, Christus Reich, christliche Freiheit, Liebe, Geduld, Menschengesetz und dergleichen sey, daran haben wir gnug zu lernen ewiglich. Ob du dieweil nit Bilde brichst, thust darumb kein Sunde; ja, ob du gleich nit zum Sacrament gehst, kannst du dannocht durchs Wort und Glauben selig werden. Es ist dem Teufel nur darumb zu thun, daß er uns in dieser fährlichen Nacht die Augen von unser Lucern wende, und führe uns mit seinen fliegenden Bränden und Lichten aus der Bahn.

Und bitte eure Evangelisten, meine lieben Herrn und Brüder, daß sie euch vom Luther und Carlstad weisen und immer auf Christum richten: nit, wie Carlstad, allein auf die Werk Christi, wie Christus ein Exempel sey, welchs das geringst Stuck an Christo ist, darin er andern Heiligen gleich ist; sunder wie er ein Geschenk Gottes, oder wie Paulus sagt (1 Cor. 1, 30.) Gottes Kraft, W e i s h e i t, G e r e c h t i g k e i t, E r l ö s u n g, H e i l i g u n g, u n s g e g e b e n; welchen Verstand diese Propheten nie gefuhlet, geschmackt noch gelernet haben, und gaukeln daher mit ihrer lebendigen Stimm vom Himel, mit der Entgrobung, Besprengung, Tödtung und dergleichen schwulstigen Wort, die sie selbst nie verstanden haben, und damit nur irrige, unruhige, schwere Gewissen machen, auf daß man sich verwundern soll ihrer großen Kunst, und Christus dieweil vergessen.

Bittet, lieben Brüder, daß uns Gott der Vater nit lasse in Anfechtung fallen, sunder nach seiner grundlosen Barmherzigkeit

stärke, halte und vollführe sein Werk, in uns angefangen; wie wir dann tröstlich durch Christum unsern Heiland zu bitten vermahnet seind. Welchen Vortheil wir fur den Propheten haben. Dann ich weiß und bins gewiß, daß sie Gott den Vater noch nie umb ihre Sache anzufahen ersucht oder gebeten haben, auch noch nicht so viel guts Gewissens haben, daß sie ihn dörften bitten umb seligen Ausgang; sunder wie sie es aus eigener Vermessenheit haben angefangen, also toben sie auch durstiglich hinaus nach eiteler Ehre, bis daß ihr Ende, die Schande, sich finde. Gottes Gnade sey mit euch allen, Amen.

---

17. December. N⁰. DCXLIII.

An Katharina Schützin.

L. wünscht dieser in der Straßburger Reformations-Geschichte berühmt gewordenen Frau Glück zur Erkenntniß des Evangeliums und zur Verheurathung mit einem Manne, von welchem sie es immer besser lernen könne. Matth. Zell trat im J. 1521. als erster evangelischer Prediger in Straßburg auf, und verheurathete sich im J. 1523. in seinem 46. Lebensjahr mit dieser K. Sch. Vgl. Brief v. 24. Jan. 1531.

Dieses Schreiben ist zuerst aus Luthers Handschrift gedruckt Eisl. I. 196. dann Altenb. II. 855. Leipz. XXII. 548. Walch XXI. 83.

Der Tugendsamen Frauen, Katharin Schützin, meiner lieben Schwester und Freundin in Christo, zu Straßburg.

Gnad und Fried in Christo. Meine Liebe, daß dir Gott sein Gnade so reichlich geben hat, daß du nicht allein selbes sein Reich siehest und kennest (so vielen Leuten verborgen), sondern auch einen sölchen Mann bescheret, von dem du es täglich und ohn Unterlaß besser lernen, und imer hören magst, gönne ich dir wohl, und wünsche dir Gnad und Stärke dazu, daß du sölches mit Dank behaltest bis auf jenen Tag, da wir uns alle sehen und freuen werden, wills Gott.

Ist nichts mehr, bitte Gott für mich, und grüß mir deinen Herrn, Herr Matthias Zell. Hiemit Gott befohlen, am Sonnabend nach Luciä Anno 1524.

Martinus Luther.

21. December. N°. DCXLIV.

An Hans Freyherrn von Schwarzenberg.

Luther wünscht diesem Herrn (an welchen schon ein Brief dagewesen ist No. CCCCXXXI.), welcher sich in diesem Jahre aus den Bambergischen in Brandenburgische Dienste begeben hatte, Glück, wie es scheint, zu dem Austritt seiner Tochter aus dem Kloster.

Dieses Schreiben ist zuerst gedruckt in der Eisl. Ausg. I. 185., dann Altenb. II. 515. Leipz. XIX. 324. Walch XXI. 83.

Gnade und Friede in Christo, gnädiger Herr. Ich habe E. Gn. Brief und Geschicht, euer Tochter betreffend, mit Freuden erfahren, und weil Doctor Franciscus allhie gewest, nicht mögen lassen, schriftlich E. G. Heil und Gnade wunschen, mit Dank göttlicher Güte, die E. Gnaden so reichlich widerfahren, daß sie nicht allein erkennen die Wahrheit, sondern auch Muth und Sinn hat, solches mit der That zu beweisen und ohne Scheue zu vollziehen, tröstlicher Hoffnunge, es solle viel andern Herren zum starken Exempel gerathen, auch dergleichen armen, gefangenen Kindern auszuhelfen, und die Wahrheit des Evangelii zu bestätigen: dazu ich bitte Gott umb seine milde Gnade, das angefangen Werk in uns zu stärken und erhalten ewiglich, Amen. Befehl hiemit E. G. in Gottes Hulde, sampt euer lieben Tochter, der neuen Creatur Christi, und wunsche ihr viel Gutes in Christo. Gegeben zu Wittemberg, am Tage St. Thomä, Anno 1524.

E. Gn. Diener

Martinus Luther D.

Vor dem 24. December. N°. DCXLV.

An den Kurfürsten Friedrich.

Bitte, daß der Kurfürst die Güter des Klosters, in welchem L. und der Prior noch allein übrig waren, und welches dieser auch verlassen wollte, an sich nehmen möge.

Wittenb. IX. 197. Jen III. 436. Altenb II. 854. Leipz. XIX. 353. Walch XXI. 78.

Gnade und Friede in Christo. Durchleuchtigster, Hochgeborner Fürst und Herr. Es hat uns E. Kurf. G. in diesem Jahr etwas von Korn lassen durch den Schösser werden; nu mahnet uns der Schösser täglich strenge, und wir doch dasselbe nicht mügen bezahlen, weil unser Zinse nicht fallen, noch bisher gefallen sind: bitte derhalben unterthäniglich, E. Kurf. G. wollt uns desselben Korns bey genanntem Schösser lossprechen zur Letze. Denn ich acht und hoffe, es soll nicht mehr noth seyn.

Das ist alles geredt widder die Vermessenheit und Sorgfältigkeit. Als sollt er sagen: Daß ihr fruhe aufstehet, und spat niddergehet, und meinet, je mehr ihr erbeitet, je mehr ihr haben werdt, das ist verloren; denn es muß doch Gottes Segen thun. Und er

ihr gleich mehr, denn andere erwürbet, die nicht so ängstlich thun nach Gut und Hut, so reicht es doch nicht so ferne, als der andern, die nicht so ängstlich sind, und verschwindet doch unter den Händen. Wie der 37. Psalm V. 16. sagt: Es ist besser dem Gerechten ein wenig, denn große Güter der Gottlosen; und Salomo in seinen Sprüchen (C. 15, 17.): Es ist besser Kraut mit Liebe, denn ein fetter Ochse mit Haß.

Daß aber dieß die Meinung sey, und er hie nicht die Erbeit odder Fleiß verbiete, beweiset sich daraus, daß er sagt: Und esset das hartselige Brod. Das ist so viel gesagt: Ihr macht euch euer Brod und Nahrung hart und sauer, und ist doch nicht der Erbeit Schuld, sondern euers ängstlichen, ungläubigen Herzen, das nicht gläubt, Gott werde euch ernähren; sondern geilet und treibt, und will zuvor Kasten, Beutel, Keller und Boden voll haben, und nicht ehe rugen, es wisse denn Vorrath, den es in vielen Jahren nicht müge verzehren. Aber wer Gott gläubt, der sorget nicht fur den andern Morgen, läßt ihm benügen heute, und thut seine Erbeit mit Freuden und stillem Herzen, hält sich wie Christus im Evangelio saget (Matth. 6, 34.): Seyd nicht sorgfältig für den morgend Tag; denn der morgend Tag wird sein Unglück haben, es ist gnug, daß ein ieglich Tag sein Ubel hat. Siehe, diesen wird ihr Nahrung nicht hart noch sauer. Denn, wiewohl sie auch ihr Brod essen im Schweiß ihres Angesichts äusserlich, so thun sie doch das mit Glauben nnd fröhlichem Gewissen innerlich.

Darnach schleußt er, wie Gott solchs alles gebe, und spricht: Sic dabit dilectis suis somno: solchs alles, beyde Haus bauen und Stadt bewahren, das gibt er wie im Schlaf seinen Lieben, das ist, er läßt sie wohl erbeiten und fleißig seyn, aber doch so, daß sie nichts sorgen noch vermessen; sondern gehen dahin fröhlich, und nehmen sich nichts an, lassens ihm befohlen seyn, und leben dahin fein still, und mit rugigem Herzen, wie einer, der sicher und süß schläft, und auch keins Dings sich annimmt, und doch fein bewahret und lebendig bleibt. Denn sie haben gnug, und müssen gnug haben, und bewahret seyn, weil sie es Gott heimstellen, wie der 55. Psalm (V. 23.) saget: Wirf dein Sorge auf den Herrn, der wird dich ernähren; und 1 Petr. 5, (7.): Werft alle eure Sorge auf ihn, und wisset, daß er fur euch sorget. Es ist nur zu thun umb die leidige Sorge, Geiz und Unglauben, nicht um die Erbeit.

Siehe, die Kinder sind das Erbe vom Herrn, und die Frucht des Leibs ist das Lohn.

Das ist ganz auf ebräische Weise geredt. **Erbe vom Herrn und Lohn**, ist ein Ding, gleichwie **Kinder und Frucht des Leibes**, ein Ding ist; und will also sagen: Was ists nütz, daß ihr so fast sorget und euch ängstet, wie ihr Gut und Hut überkomet? Sind doch die Kinder, und was von Weibern geboren wird, nicht in euer Gewalt, wilche doch gehören in ein Haus und Stadt. Denn wo nicht Kinder wären, und Leibesfrüchte, da würde wedder Haus noch Stadt bleiben. So denn dieselbigen **Gottes Erbe und Lohn**, das ist, Gottes Gaben und Geschenk sind, fur die ihr doch so fast sorget, und wenn alle Welt mit aller Kraft zusammen thäte, möcht sie doch nicht machen, daß ein Kind in einigem Leibe eins Weibes empfangen odder geboren würde, sondern es ist alles Gottes Werk alleine: warumb denkt und sorget ihr denn fur Gut und Hut, so ihr das nicht habt, fur wilche ihr solch Gut und Hut sucht? So sollt nu ein Hausvater und Herr billig also sagen: Ich will erbeiten und das Meine thun; aber der die Kinder im Hause, und die Leute in der Stadt (die allzumal Leibesfrüchte sind) schafft und macht, der wird sie auch nähren und bewahren. Siehe, so würde dem seine Erbeit, und jenem sein Wachen nicht sauer, und ginge fein im Glauben zu.

Das hat auch Christus Matth. 6, (25.) (wie fast den ganzen Psalm) gerührt, da er spricht: **Ist der Leib nicht mehr, denn die Kleider, und die Seele mehr, denn die Speise?** Als sollt er sagen: Sind doch Kinder und Leibesfrüchte nicht in euer Sorge; wie sorget ihr denn fur Gut und Hut? Denn wer kann immermehr sagen, wie das zugehet, daß alle Menschenkinder aus Weiberfleisch daher komen? Wer hat solche große Menge Menschen in das arme Fleisch verborgen, und bringts so wunderbarlich heraus, ohn allein, der die Kinder zum Erbe gibt, und Leibesfrucht zu Lohne seinen Lieben wie im Schlafe? Gott bescheeret uber Nacht, spricht man, und ist je wahrlich wahr.

Wie die Pfeile in des Gewaltigen Hand, also sind die Kinder der Jugend. 1)

Er vergleicht die Kinder und Leute den Pfeilen in der Hand eins starken Helden: derselbige scheußt die Pfeile,

1) Walch: gerathen die jungen Knaben.

wenn und wo er hin will. Also sehen wir auch, wie Gott mit uns umbgehet. Siehe doch drauf, wie seltsam er Mann und Weib zusamen paaret, deß sich Niemand versehen möchte: wie komen sie zu seltsamen Ständen und Wesen, da sie nie nachgerungen haben, daß man Wunder dran siehet, und gemeiniglich anders hinaus gehet, denn es Vater und Mutter, und auch ein iglicher selbs bedacht hat. Als sollt Gott mit der That diesen Vers bekennen, und sagen: Ich will aller Menschen Anschläge zunicht machen, und mit den Menschenkindern umbgehen nach meinem Willen, daß sie in meiner Hand seyen, wie Pfeile eins starken Riesens. Was hilfts denn viel sorgen und anschlahen, wie es mit uns werden soll, so es doch nicht anders wird, denn wie er will? Drumb ist es das best, erbeiten und ihn sorgen lassen fur das Zukünftige.

Und sonderlich nennet er die Kinder der Jugend, als die noch nicht haushalten, noch Wächter in der Stadt sind, die wir meinen ganz und gar unser Klugheit befohlen zu haben; noch führet er sie im Hause und Stadt, wie er will, und richtet mit ihnen aus, was er will: daß wir ja sehen sollen, daß er fur alle Ding sorget, und uns nichts nirgend lassen will, denn die Erbeit. Damit wir nicht meinen, Gott regiere alleine die jungen Kinder in der Wiegen, und lasse die großen sich ihrer Vernunft und freyes Willens brauchen; ja er regiert die großen (spricht er hie,) ja so mächtiglich, als die jungen: sie sind Pfeile in seiner Hand, müssen wehen und fahren, wo und wie er will. Es gilt bey ihm gleich Vernunft und Unvernunft, Himel und Erden, Jung und Alt, Klug und Weise.

Ja, mit den Klugen und Vernünftigen gehet er wunderlicher umb, und hat viel mehr mit ihn zu schaffen, daß er ihr Anschläge und Vernunft zu Narren mache, und führe sie anders, denn sie furnehmen. Drumb laut dieser Vers, daß er nicht die Kinder und Früchte des Leibs, wilche er Gottes Erbe und Gabe nennet, sondern die Kinder der Jugend, die nu groß und vernunftig sind, in der Hand hat, wie ein Riese seine Pfeile; so es doch scheinet, als habe er dieselbigen am wenigsten in der Hand, und lasse ihre Vernunft und Witze sie meistern, und warte er dieweil der Kinder. Es ist alles zu thun, daß er uns will das Regiment und Sorge uber uns nehmen und wehren, auf daß wir wissen sollen, wie er selbs alleine uns regiere und fur uns sorge, und uns lasse erbeiten und schaffen unser Ding.

Wohl dem Mann, der seinen Köcher derselben voll hat, die werden nicht zu Schanden, wenn sie mit ihren Feinden reden im Thor.

Er wünscht, daß solcher Jugend, von Gott geben und erkannt, viel seyen. Denn so stünd es wohl in der Welt. Das ist auch wahr, soll man allerley Sachen rathen, so muß die Jugend darnach gezogen und gehalten werden, die uns nach das Regiment und Leben auf Erden soll fuhren. Gleichwie der Riese wohl bestehet und gerüst ist, der seinen Köcher voll Pfeile hat: also ist der Hausherr und die Stadt wohl versehen, die solcher Jugend viel hat, von Gott geben; denn daselbs hält Gott selbs Haus, und behutet die Stadt.

Aber solch groß Gnade bleibet nicht ohne Verfolgunge; denn wo es göttlich zugehet, da muß auch teuflisch Anfechtung seyn. Der Unglaub und Geiz der Welt kann solchs nicht leiden, daß man so lehre odder lebe: darumb werden solche Hausherren und Städte nicht ohn Feinde bleiben, die sie lästern und schänden. Aber dawidder steht hie der Trost, daß sie endlich doch mit Ehren bestehen werden, und ihre Feinde im Thor, das ist offentlich, zu Schanden machen. Er nennet aber keinen Harnisch noch Waffen, sondern allein das Wort, und spricht: Sie werden reden mit ihren Feinden im Thor; als sollt er sagen: mit der Lehre werden sie bestehen, daß es recht sey, wie hart auch die Widderwärtigen das anfechten.

Dieß will ich eur Liebe, meine lieben Freunde in Christo, zur Ermahnung geschrieben haben, daß eur Herzen mit uns deste fleißiger seyen, damit das Evangelion reich und fruchtbar bey uns allen werde, in allerley Verstand und guten Werken, dawider die Frucht des leidigen Unglaubens, der Geiz, so gewaltiglich ficht. Unser lieber Herr Jesus Christus stärke und helfe uns. Denn so wir noch schwach sind, daß wir fur des Bauchs Nothdurft nicht können das Sorgen lassen: wie wöllen wir das Wuthen der Welt, den Tod, Schmach und alles ander Unglück tragen? Ja, wie wöllen wir stehen, wenn nu die falschen Geister an uns komen, so sich itzt schon regen und anheben? Aber Gott, der Vater aller Barmherzigkeit, der sein Wort und Werk bey euch angehaben hat, wöllte euer Sinne und Herzen behuten in der einfältigen und unverfälschten Erkenntniß Jesu Christi, unsers Heilands, wilchem sey Lob und Dank in Ewigkeit, Amen.

1525.

11. Januar. No. DCLX.

An Joh. Brismann.

Mehrere flüchtige Aeusserungen und Nachrichten. Luther ist mit der Schrift gegen Karlstadt beschäftigt, über den er seinen ganzen Unwillen ausspricht. Vom Märtyrertode des Heinrich von Zütphen, von Thomas Münzer u. a. m.

Aus der Schöttgenschen Sammlung zu Dresden, bey Schütze II. 63.

Charissimo in Christo fratri, Johanni Brismanno, servo Christi in Evangelio Dei in Prussia, suo in Domino venerando.

G. et P. in Domino. Tarde respondeo, M. Brismanne, culpa tabellionum: sed et hic paene praeterierat. Carlstadius, totus daemonibus traditus, contra nos furit, editis multis libellis, plenis veneno mortis et inferni. Sacramentum negant esse corpus et sanguinem Christi, cui jam respondeo, *) quanquam occultis machinis multos e vulgo fefellerat in diversis locis. Erasmo respondebitur, ubi otium fuerit. Amandum **) a vobis discessisse audio, nec multum doleo, quin potius gaudeo: videtur Carlstadii spiritum spirare. In Dietmarsia crudeli furore occisus et exustus est Hinricus noster, Bremensis Evangelista. Deuteronomion impeditur nequitia istorum prophetarum. Caetera omnia solito cursu currunt. Petrum Wellerum, nobis commendatum, libenter suscepimus. Thomas Munzer vagatur, incertus, ubi mansurus sit. In Molhusio magnam et periculosam seditionem concitarat. Surgunt et alii quidam pro-

*) In der Schrift: Wider die himmlischen Propheten. **) Vgl. Br. v. 4. Jul. 1524. No. DCLIX.

phetae, ut probentur, qui fideles sunt. Gaudent Papistae de nostro dissidio. Sed Deus inveniet Carlstadium suo tempore, quem ego puto peccare peccatum ad mortem. Nam videtur desperatus de regno Christi sese tradidisse, ut contra agnitam quoque veritatem quamplurimos perdat, et magno cumulo volens ac sciens ad tartara festinet, ut aliquando ex ore ejus quidam tale quid audiverunt. Tu ora pro nobis, et reverenter saluta D. Episcopum. Satis sum occupatus, et cruris ardenti ulcere laboro.

Si nescis, Hanna Graswytzinne e Seusselitz elapsa vinculis nobiscum habitavit, nupsit Johanni Scheydewynd, et jussit te dulciter salutarem ejus nomine, et cum ea tres aliae, Barbara Reckenberg, Katharina Taubenheim, Margaretha Hirstorf. Dux Georgius per se visitavit monasterium, et invenit abominationes foedas, atque fratres et patres illos sponsos nobilium vel affines potius loco movit. Vale. Witembergae, feria 4. post Epiph. MDXXV.

T. Martinus Luther.

---

11. Januar. No. DCLXI.

An Nic. Amsdorf.

L. lehnt den Auftrag, ein hebräisches Buch zu untersuchen, ab, und meldet, daß er wider Karlstadt schreibe, und schon beym zweyten Abschnitt sey.

Bey Aurifaber II. 268. b. Deutsch bey Walch XXI. 944.

Gratia et pax. Libellum Ebraeum tradam Aurogallo, ubi redierit, mi Amsdorfi, excedit enim vires meas. Si miseris Prophetas scriptos, forte illos juvare poterimus. Coppii sophisticas observantias et calumnias parum moror. Carolstadio ex parte respondi, jam secunda parte respondeo. Arbitror te vidisse librum. Totus est obsessus non uno daemone. Nova praeterea nulla sunt, nisi de futuro bello Caesaris cum rege Franciae. Vale et pro me ora. Witembergae, feria 4. post Epiphaniae, MDXXV.

Martinus Lutherus.

13. Januar. N°. DCLXII.

An Spalatin.

L. übersendet ein geliehenes Buch und einen Brief nach Frankfurt a. M., und gibt Nachrichten aus Basel, wo Karlstadts Bücher verboten waren, dessen Meinungen aber Beyfall fanden.

Bey Aurifaber II. 269. Deutsch bey Walch XXI. 945.

Gratiam et pacem in Domino. Remitto tandem tibi Urbanum Regium *) cum literis Matthaei Puschii, adjeci literas ad Hartmannum Ibachium, [1]) quas tu facile mittes ad eum, ego non habeo tabellionem. Justus Kernus **) meis quoque literis commendatus ivit Alstadium, necdum reversurus: quid faciat aut patiatur, ignoro.

Ex Basilea scribunt amici, typographos Carlstadii illic carcere fuisse punitos, et parum abfuisse, quin libri ejus fuissent exusti, fuisse et ipsum ibidem, sed clanculo. Assentiri vero sese scribunt ejus opinioni Oecolampadius et Pellicanus. Annemundus vero coactus [2]) ab ipsis tam pertinaciter, ut minetur mihi, nisi cedam mea opinione, sese adversus me scripturum. Vide portenta Satanae. Verum quantum capio, nullis argumentis illius capiuntur, sed sensu proprio: quod per sese sic rem antea opinati sunt, nunc liberius audent prodire, nacti autorem et ducem opinionis. Christus servet me et suos omnes. Ego sicut argumentis ejus non capior, sed magis roboror, ita propria opinione non haesi in illo errore, licet fortiter fuerim tentatus. Certum est nostram sententiam esse veram, sive ego, sive illi omnes descierint. Vale et ora pro me. Witembergae, feria 6. Octava Epiphaniae, MDXXV.

Martinus Lutherus.

1) Aurif. falsch: Hypachium. Er war Prediger in Frankfurt am Main.
2) Einnreich ist Beesenmeyers Conjectur: Coctus statt coactus. Aber es fehlt dann etwas im Texte. In jedem Fall ist es jener Franzos Annemundus Coctus, der im Brief an den Herzog von Savoien v. 7. Sept. 23. No. DXXVIII. genannt wird.

*) Vgl. Br. v. 29. Dec. 24. No. DCXLIX. **) Vgl. Br. v. 29. Dec. 24. No. DCXLIX., wo er aber Jodocus heißt.

17. Januar. **No: DCLXIII.**

An den Abt Friedrich zu Nürnberg.

L. wünscht dem Abte Glück zu seiner Verheurathung, und preist den Werth der Ehe. Zuletzt grüßt er mit Laune die junge Ehefrau. Der Brief ist während eines Gastmahls geschrieben.

Bey Buddeus p. 44. Deutsch bey Walch XXI. 947.

Viro reverendo et eruditione insigni, Dno. Friderico, Abbati S. Aegidii in inclyta Nurmberga, fratri suo in Christo charo. [1])

Gratia et pax in Christo. Distuli, venerabilis vir, tibi per literas de tuo conjugio gratulari, et quod hoc justis de causis a me factum sit, credo te, qui est candor tuus, facile conjicere, utpote qui tam varie exercear valetudine, libris edendis, literis scribendis, causis tractandis, obsequiis amicorum, et id genus multis, infinitis, imo nubibus et procellis negotiorum. Inter quae sunt minima et rarissima, licet proxima, domestica scilicet, et ecclesiastica, ut interim taceam vexationes Satanae et hostium. Nihilominus tamen per preces et plausus jucunde et suaviter gratulatus sum, et nunc quoque per has literas tandem gratulor, et precor non modo facilem tibi istam societatem a Deo ut conditam, ita benedictione omnium rerum consecratam, sed etiam perpetuum ac constantem sensum et fidem cordis, scilicet, ut semper persuasissimus perseveres, hoc genus vitae primum esse, quod Deo prae omnibus placuerit, deinde perpetuum fuisse, quod conservarit, et tandem, supremum fore, quod maxime glorificabit. Nam quid erant regna et imperia, quando Adam et Patriarchae tantum vivebant conjuges? Deinde quot et quanta regna interierunt, salvo semper conjugio per totum orbem? Ultimo quanta monstra, bella et flagitia regnorum puniet Deus in illo die, ubi conjugii

---

1) Lesart, von J. Conr. Zeltner Theatr. vir. erudit. qui speciatim typographiae laudab. operam praestiterunt (Norimb. 1720. 8.) p. 431. aus einer alten Handschrift mitgetheilt. Budd.: Venerabili Viro D. Fr. Johanni, ad S. Aegidium Abbati, Majori suo. Norinbergensi.

illa vilissima opera, sed utilissima, et non nisi paois studia, perpetuis coronis glorificabit? Et cui generi vitae dominium rerum omnium debetur, nisi conjugibus? licet postea urgente hominum malitia necessario magistratus [1]) magna ex parte eo sibi usurpare coactus sit, et magis jam bellorum sit istud dominium, conjugium autem simplicissimum et mere pacis dominium sit. Gaude ergo, et gratias age Deo, qui te hoc vitae genere donavit, et velut e mari in portum, e mundo in paradisum transtulit. Sit sane, quod Paulus ait, tribulatio carnis in eo statu, sed est simul consolatio spiritus, dicente Salomone: *Hauriat laetitiam a Domino*. Porro quid est caelibatus, [2]) quem omnes prae conjugio et ambiunt et admirantur, nisi non solum tribulatio, sed mare et tempestas, imo infernus tribulationum? Sic furiat ergo errore captus mundus, et uni tribulationi iniquus, amet [3]) pro ea tempestates tribulationum: et quod amat, inveniet. Nos meliori sensu tenet et servet [4]) Christus, ut unicam tribulationem vincamus, et inter tot bona, quae possidemus in eo vitae instituto, unum aut alterum malum ne sentiamus quidem. Isti sunt adeo ebrii, ut ob unum honoris aliquanti bonum infinita mala non sentiant sui instituti, quemadmodum prodigus vitae miles aureum unum praefert saluti corporis et animae. Nos contra sic simus nostris bonis ebrii: si quod est aut accidit, bonum esse putemus.

Vide, quo rapiar? ebrius an sobrius tibi videor? Ego Dei opera libenter, et ubi possum, verbose etiam laudare gestio. [5]) Dominus Jesus Christus benedicat tibi et spiritu et carne, faciatque te memorem esse mei in orationibus tuis. Officiose volo tuam Friderícham per te meo nomine salutari, sed non cave nisi latinis verbis, jam reliqua intelliget suopte ingenio. Datum 17. Januarii, inter coenandum, et raptim. Parces ergo verboso, vel fortassis etiam coenato, ut sic dicam, sed non poto neque ebrio.

T. D. Martinus Luth.

1) Budd. falsch magis iratus. 2) Nach Zeltner. Budd. magistratus. 3) Viell. amat. 4) Viell. servat. 5) Nach Zeltner. Budd. Vide, quo rapior, cum Dei etc.

18. Januar. No. DCLXIV.

An Nic. Amsdorf.

Der Brief enthält allerley Neuigkeiten, unter andern, daß ein Pole L. habe vergiften wollen. A. soll den Kurfürsten von Meinz auffodern, die Seinigen vom Aufruhr abzuhalten.

Bey Aurifaber II. 270. Deutsch bey Walch XXI. 950.

Gratia et pax. Libellum parvum *) tradidi Aurogallo, mi Amsdorfi. Quid futurum sit, scies. Melchioris Mirissi **) nuptiis interesse non possum, id ei dicas. Laboro enim crure, sed pro sanitate corporis, nec pecuniam habeo quam mittam: deinde et pro nostris opus est, si qua venit. Staupitius excessit e vivis brevi functus potentatu. Leonhardus ***) noster Monachi [1]) captivus per Dominum liberatus, apud nos modo est. Erasmo nondum respondebo, donec Carlstadium absolvero, qui miras turbas suscitavit et suscitat in superiori Germania. Unum est, quod a te petitur, id quod nolim contemnas, sed ut ad Episcopum Magdeburgensem Cardinalem scribas hortans, ut suos a seditione et tumultu cohibeat. Id eo persuadent amici, quod hoc argumento magis testatum fiat, per te et nostros non nisi pacem quaeri, deinde Episcopus occasionem nanciscatur magis sedulo agendi aliquid, qui alioqui non est adversarius Evangelio. Est hic apud nos Judaeus Polonus, missus sub pretio 2000 aureorum, ut me veneno perdat, ab amicis per literas mihi proditus. Doctor est Medicinae et nihil non audere et facere paratus incredibili astutia et agilitate, quem hac hora jussi capi: nescio, quid adhuc futurum sit. Haec nova. Saluta omnes fratres et amicos, et tu pro me ora ac bene vale. Witembergae, feria post Antonii, MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

1) Aurif. Mona, wahrscheinlich fehlerhaft.

---

*) Vgl. Brief vom 11. Jan. No. DCLXI. **) Vgl. Brief vom 16. Jan. No. CCCCLXV. und v. May No. CCCCXCVIII. 1523. ***) Leonh. Kaiser.

22. Januar. N°. DCLXV.

An Spalatin.

Nach Beantwortung einiger exegetischer Fragen meldet L. Neuigkeiten.

Bey Aurifaber II. 269. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 199. Deutsch bey Walch XXI. 946.

Gratiam et pacem in Domino. Nihil respondi nec respondebo Suevo illi, mi Spalatine. Creasse Deum Gen. I. sex diebus distinctis coelum et terram, ut textus ipse sonat, et docui et sensi, exstantque excerpta aliquorum ex ore meo. Deinde serpentem fuisse vere serpentem, per quem Satan locutus est, usus eo velut organo. Nam non est facienda vis verbis apertis Mosi sine causa. Rebecca absque dubio, more illo prisco, consuluit Dominum in summo Sacerdote Sem vel uno patrum [1]) illius temporis, qui sacris praefuit, qui spiritu pleni fuerunt. Sicut et ad Cain Dominus locutus est per sacerdotem, qui offerentibus praefuit, nempe per Adam patrem suum, quomodo Christus Matth. XIX. dicit Deum dixisse: *Erunt una caro*, cum tamen Adam hoc dixerit Gen. II. Mos ille postea sub Mose translatus est in propitiatorium et prophetas et sacerdotes publice institutos, unde Eloim, id est dii, vocantur, quod verbum Dei respondeant. In novo autem Testamento quilibet christianus talis est.

Mitto literas ex Austria ad me datas. Joachimus *) noster scribit, Carlstadium concessisse Nordlingam: item, Babenbergae natum esse puerum capite leonino mox mortuum: cruces quoque supra urbem quibusdam apparuisse, sed famam oppressam a sacerdotibus. Vale et ora pro me. Witembergae, Dominica post Antonii, MDXXV.

Martinus Luther.

---

1) Aurif. patrui.

---

*) Camerarius.

22. Januar. *) N°. DCLXVI.

An Joh. Lange.

L. empfiehlt einen jungen Menschen, und meldet, daß seine Schrift wider Karlstadt in dieser Woche heraus komme.

Bey Aurifaber II. 293. Deutsch bey Walch XXI. 977.

Gratiam et pacem. Hunc juvenem Andream Laudaver tibi commendo, mi Lange, si quoquo modo potes, ut alicubi victum servitute aliqua mereatur. Nos hic, cum simus tenues, obruimur quotidie, et gravatur ecclesia nostra pauperibus peregrinis, qui domesticis non sufficimus. Erfordia vero ampla et ingens urbs, loco pingui sita et nobis ditior atque fertilior, plures alere potest, modo vigeat verbi virtus aliquanta. Carlstadii insanias de Sacramento confutavi, libellus hac septimana edetur. Saluta conjugem tuam, quae faciat oro pulchra te prole parentem: salutant te omnes nostri. Bene vale in Domino, in quo omnes vestros saluta. Witembergae, Dominica post Antonii, anno MDXXV.

Martinus Lutherus.

29. Januar. N°. DCLXVII.

An Spalatin.

Erinnerung an ein Gesuch um Erlaß einer Korn-Schuld des Klosters. Dabey übersendet L. einen Brief aus Orlamünde.

Bey Buddeus p. 40. Vgl. Cod. Jen. a. ; f. 249. Deutsch bey Walch XXI. 952.

D. Georgio Spalatino, servo Christi in aula Saxoniae, suo in Domino charissimo.

Gratiam et pacem. Putabam jam dudum esse impetratum, mi Spalatine, ut nobis remitteretur debitum siliginis, quod a

*) Aurifaber hat den Antonius fälschlich für den Anton. Patav. 13. Jun. genommen.

Quaestore Witembergensi contraximus, velut novissimum donum, qui essemus paulo post dispergendi, *) maxime cum te intercessorem, cum esses coram, rogaremus. Sed non desinit Quaestor nos urgere, nec posse desinere se dicit, donec (ut suis verbis utar) das rothe Wachs von Hofe sehe. Adhuc igitur rogo, si fieri potest, impetres nobis indulgentias istas, et illum liberes a periculo. Quod si fieri non potest, significa, curabimus, ut venditis nostris (quicquid reliquum habemus) illum contentum faciamus. Nolo enim illum diutius periclitari aut nos molestari.

Mitto literas Glatii nostri, ut videas quid monstri aluerit et alat D. Carlstad, id quod ego semper sum veritus. Nihil opertum, quod non reveletur, ait Christus. Vale et ora pro me. Witembergae MDXXV, Dominica post conversionis Pauli.

Martinus Luther.

Im Januar oder Februar. **) N⁰. DCLXVIII.

An Hans von Minkwitz.

L.'s Gutachten über die in Sonnenwalde einzuführende Kirchenordnung und in wie weit eine Stiftung des Vaters dieses v. M. zu vollziehen sey.

Zuerst ex Copial. Archiv. Vin. im Leipz. Supplem. S. 42. Dann bey Walch XXI. 137. Wir haben Cod. chart. 451. f. Goth. verglichen.

Gnad und Friede in Christo. Gestrenger, bester, lieber Herr! Ich schicke euch hiermit beyde Zettel, einen von der Stiftung eures Vaters, den andern von der Ordnung, bisher zu Sonnewalda gehalten, wie ich sie empfangen habe. Und ist meine Meinung, aufs beste ichs verstehe, daß die ersten drey Stück in eures Vaters Stiftung, als nämlich, daß ein Caplan zum Altar der heiligen Dreyfaltigkeit,

---

*) Vgl. Br. a. d. Kurf. vor d. 24. Dec. 24. No. DCXLV. **) Nach Seckendorf II. 31. gehört dieser Brief in den Anfang des J.

item die zween Priester mit den Schülern zu unser Frauen Gesänten, item das Gepränge mit dem jährlichen Begängniß zu halten sey ꝛc. sollen ganz und gar ab seyn, wie ich sie angezeiget habe, daß sie gar nichts tügen. Aber die Personen, so darauf gestiftet sind, wollte ich jährlich solcher Zinsen lassen gebrauchen ihr Leben lang, und nach ihrem Tode dieselben Zinsen anderswo an hausarmen Leute oder ein fromm Kind zur Ehe auszusetzen, anlegen und stiften.

Das vierte Stück mit den grauen Tüchern, unter die Armen auszutheilen, bleibt billig und fein.

Das fünfte Stück mit dem Seelbade gefällt mir auch wohl, ohne daß ichs nicht ein Seelbad für die Seelen seyn lassen wollte, sondern ein Exempel Christi, da er seinen Jüngern im Abendmahl die Füße wusch, wie auch solch Waschen St. Paulus lehret, und ein alter Brauch der Christenheit ist: daß also solch Bad desselbigen Exempels und alten christlichen Brauchs ein Anzeigen und Ebenbild bedeutet würde, und zu Ehren Christo, dem frommen Bader und Fußwascher, gehalten werde.

Das sechste Stück von den vier Messen soll auch abseyn, und an arme Hausleute und Bräute gewandt werden, denn die Messen taugen nicht.

Die Ordnung, so im andern Zettel gefasset ist, gefället mir nicht übel, und wo sie im Schwange wäre, ließe ich sie so bleiben, nämlich

Daß des Sonntags frühe eine kurze Metten mit den Schülern und den übrigen Priestern, weil sie leben, gesungen werde, damit die jungen Knaben bey dem Psalter und Gesange bleiben, und die übrigen Priester was zu thun hätten.

Ich wollte aber nicht alle Sonntage einerley nehmen, sondern immer fortfahren, daß der ganze Psalter und Biblia und Gesang übers Jahr im Brauch blieben, und die Schüler des alles gewohnten.

Messe zu deutsch lasse ich gehen, ich wehre auch nicht lateinische Messe zu halten.

Ich hoffe aber zu Wittenberg eine deutsche mit der Zeit anzurichten, die rechte Art habe, doch daß allewegs der Canon außen bleibe, und wo nicht Communicanten sind, daß man nicht consecrire, sondern den Gesang der Messe möge singen. Die Predigt hat ihren Bescheid, die Vesper gefället mir auch wohl, wie sie denn verzeichnet ist, ohne daß man immer andere und andere Psalmen und Gesänge nehme, wie denn in Büchern von der Zeit gefunden wird, um Uebung willen der Knaben.

Ich achte nicht noth seyn, alle Werkeltage eine Lection zu haben, man wolle es denn gerne thun, sondern sey genug an dreyen Tagen in der Wochen, doch daß gleichwohl täglich, Frühe und Abends, die Knaben mit Psalmen und Gesang geübet werden; von keinem Heiligen sollte man singen oder feyern, ohne die Feste, die unsern Herrn Christum betreffen.

Solches achte ich genug seyn zum Gottesdienst an dem Ort, und sey vor Gott wohl zu verantworten, wie es aber für der Welt zu verantworten sey, weiß ich nicht; auch wo was mehr zu ordnen ist, kann der Prediger vor sich selbst, oder wo ihm geliebt, durch unsere Mithülfe wohl versorgen. An. 1525.

Martinus Luther.

---

2. Februar. N°. DCLXIX.

An Nic. Hausmann.

L. ist mit den Schriften gegen Karlstadt fertig, und geht an die Postille und das 5 B. Moses.

Bey Aurifaber II. 270. b. Deutsch bey Walch XXI. 953.

Gratia et pax in Domino. Gaudeo te salvum[1]) et incolumem rediisse domum, mi Nicolae. Carlstadii diabolo duobus libris respondi, in quibus simul et Picardi satis nostram sententiam videbunt. Nondum perlegi eorum scripta, aliis occupatus. Gallum, Bohemorum portentum, *) novi, Deus conterat studia ejus, qui nobis sic illusit. Negotium dedimus aliquibus nostrum eruditis, ut non modo quid Tertullianus, sed omnes veteres de Sacramento isto senserint, colligendi, ut obstruatur os loquentium iniqua. Jonae et Eislebio mandatus est catechismus puerorum parandus. Postillae et Deuteronomio me tradidi, in quibus satis mihi erit laboris ad tempus. Tu ora pro me fortiter. Nihil rerum novarum apud nos. Vale in Domino. Witembergae, die Purificationis Mariae, MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

1) Aurif. salvam.

---

*) Er war das Haupt der Calixtiner in Böhmen, und scheint gegen Luther feindlich aufgetreten zu seyn. Vgl. Seckend. L. II. §. 12. p. 35.

4. Februar. No. DCLXX.

An Lazarus Spengler.

L. beklagt es, daß sich die Schwärmerey auch in Nürnberg eingeschlichen, will aber die Verirrten nicht gestraft wissen, es sey denn, daß sie sich gegen die Obrigkeit auflehnen.

Zuerst angeblich aus dem Autograph in der Wolfenbüttelischen Bibliothek im Leipz. Supplement S. 37. Dann bey Walch XXI. S. 85. Uns ist jenes Autograph unter den Handschriften der W. Bibliothek nicht vorgekommen.

Dem vorsichtigen und weisen Lazaro Spengeler, Syndico der Stadt Nürnberg, meinem günstigen Herrn und guten Freunde.

Gnad und Fried in C. Vorsichtiger, günstiger, lieber Herr und Freund. Aus eurem Schreiben, nächst an mich gethan, habe ich Freud und Unlust empfangen: Freude an dem, daß Christus so wacker bey euch ist, und auf die Wölfe sehet; Unlust, daß der Verfall so ferne schon kommen ist durch des Teufels Boten, daß solche Artikel unter christlichem Namen in Zweifel und Verleugung gehalten werden. Denn wiewohl ich allezeit den Altstädtischen Geist verdacht habe, er werde doch hinaus louden (?), meinet ich doch nicht, daß schon sollte geschehen seyn. Aber gut ists, daß solcher Gräuel an Tag komme, damit solcher Geister Bosheit und Vornehmen bekannt und zu Schanden werde. Daß ihr aber nachfragt, wie sie sollten zu strafen seyn, acht ichs auch noch nicht für blasphemos, sondern halte sie wie die Türken oder verlenkte Christen, welche nicht hat zu strafen weltliche Obrigkeit, sonderlich am Leibe: wo sie aber die weltliche Obrigkeit nicht wollten bekennen und gehorchen, da ist alles verwirkt, was sie sind und haben; denn da ist gewißlich Aufruhr und Mord im Herzen, da gebührt weltlicher Obrigkeit einzusehen, darinnen sich eure Herren ohn Zweifel wohl wissen zu halten. Bittet Gott für mich, dessen Gnade sey mit euch allen, Amen. Zu Wittenberg am Sonnabend nach Purificationis, 1525.

Martinus Luther.

4. Februar. No. DCLXXI.

An Joh. Brismann.

Ein kurzer in Eile geschriebener Brief, einige schon dagewesene Neuigkeiten enthaltend.

Aus dem Original in der Wallenrodtschen Bibl. in Königsberg in Preußen. Zuerst in der Voglerschen Sammlung, dann in Act. Boruss. T. I. 799. und bey Strobel-Ranner p. 112.

Charissimo fratri, Johanni Brismanno, suo in Domino, apud Regiomontem servo Dei.

Gratia et pax. Et me fefellit abitus inopinus nuntii hujus, simul et abiens et literas petens, nec dum ex Christiano omnia audivi. Quare, mi Brismanne, non potui nisi salutem tibi scribere brevissimam. Saluta quaeso D. Sambiensem. Deuteronomius currit. Quid Carlstadio responderim, vides. Amandum abiisse gaudeo. Nam et hic Satan per istos prophetas sic proficit, ut jam Nurmbergae aliquot cives negent, Christum aliquid esse, negent verbum Dei aliquid, negent baptismum et sacramentum altaris, negent civilem potestatem: solum confitentur esse Deum, ideo capti sedent in carcere. Huc scilicet it Satanas, spiritus Alsteteri et Carlstadii.

Vale et ora pro me. Speratum cum sua carne saluta. Frater Leonhardus *) a Bavariae Duce captus jam post biennium tandem per Christum liberatus apud nos est. Wittebergae, Sabbato post purificationem, MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

7. Februar. No. DCLXXII.

An Wenc. Link.

L. lehnt Links Bitte, seinem Buchhändler eine Schrift zu überlassen, ab; von einer zu druckenden Schrift Staupizens; von Karlstadt und den Orlamündern, und der Errichtung einer Pfarrey in Altenburg u. a.

---

*) Vgl. Br. v. 13. Januar. No. DCLXIV.

Bey Aurifaber II. 272. Deutsch bey Walch XXI. 956.

Gratiam et pacem in Domino. Vitrum oculis salutare gratus accepi, mi Lince, quamvis non erat opus, ut te illo privares. Caeterum non possum promittere exemplar tuo bibliopolae, tum quod meas voragines nequeam explere, et a multis alicunde eadem petuntur, quibus et deberem: tum quod vos quoque magistri novitiorum et lectores mensae estis, qui scitis componere libros, quanquam nomina non mutetis.

Remitto Staupitium: frigidulus est, sicut semper fuit, et parum vehemens. Fac, quod libet, indignus non est luce et publico libellus., cum tot monstra quotidie prodeant et vendantur.

Respondi Carlstadio, sicut vides. Basileae subvertit multos, Oecolampadium, Pellicanum et alios, alioqui huc proclives antea, item Argentinae Ottonem Brunsfelsium et alios, ita ut nos rideant tam securi de sua opinione. Orlamundenses rustici nates libello meo purgant, sic Satan furit.

De parochia constituenda urbis quid me consulis? cum res sit in libera vestra voluntate, nisi quod speciem ambitionis vel augeat vel ingerat, si tu solus unus parochus esse contendis. Quanquam pulcrum et dignum esset, unum in una civitate episcopum esse, et reliquos esse presbyteros, ut Paulus ordinat Tit. I. Minoritis imponi silentium a magistratu placeret: hic puto Principem illis fore in hoc adversarium, qui potius venter (?) esse cupit semper in talibus. Vale et costam tuam saluta orans pro me. 3. Feria post Dorotheae, MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

10. Februar. N°. DCLXXIII.

An Nic. Amsdorf.

L. meldet, was in dem früher übersandten hebräischen Buche enthalten sey, und theilt eine über Karlstadt gemachte Entdeckung mit. Zuletzt ein scherzhafter Gruß an Melchior Mirisch.

Bey Aurifaber II. 271. Deutsch bey Walch XXI. 954.

Gratia et pax. Non de cloaca papyrum sumo, quemadmodum Jonas noster, qui te nihil pluris aestimat, quam ut dignus sis, qui schedas natales, hoc est, de natibus purgatis legas. Caeterum ut antea quoque scripsi, quod libellus parvulus quem misisti (Aurogallus testis est) nihil nisi preculas contineat, jussi tamen, ut diligentius spectet, postea remittetur. *)

Nova nulla hic sunt, nisi quod Carlstadii Satan prodibit. Nam sui testes sunt nostro Glatio, quomodo monachum Carlstadius capellanum habuerit, quo usus sit pro spiritu in domo sua, urgente et revelante mysteria, sic miserum vulgus luserit. Mira videbis propediem, vide quo venerit, quo raptus sit miser iste spiritus superbiae? Ora pro eo, si forte sanabilis sit. Instat ignominia ejus in foribus. Qui talia audet, quid putas sentiat de re pietatis? Vale et pinguem maritum Melchiorem saluta, cui opto conjugem obsequentem, quae per diem septies eum capillo circum forum ducat et per noctem ter bene obtundat verbis connubialibus, ut meretur. Witembergae, Freytags nach Dorotheae, MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

11. Februar. N°. DCLXXIV.

An Spalatin.

L. meldet, daß die Juden, die ihn haben vergiften wollen, nichts gestanden haben; er selbst ist aber in seinem Verdachte bestärkt worden. Sodann allerley Nachrichten.

Bey Aurifaber II. 271. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 199. Deutsch bey Walch XXI. 955.

Suo in Domino, D. M. Georgio Spalatino, servo Christi in Evangelio ejus. 1)

Gratia et pax. Cras nova audies, quod petis scire, id est, mi Spalatine, quod Judaei illi captivi, qui mihi venenum pa-

---

1) Nach Cod. Jen.

---

*) Vgl. Br. v. 11. Januar. No. DCLXI.

rabant, *) essent forte prodituri, a quibus essent missi, cum vero sponte hoc non facerent, nolui eos torqueri, sed egi, ut dimitterentur liberi, quamvis persuasissimus sim ipsum fuisse, quem mihi amici prodiderant, adeo omnia symbola consentiunt.

Illud Joh. I. (52.) de scala non possum melius intelligere aut interpetrari, quam Philippus fecit in suis annotationibus. Sic sentio.

Erasmo respondebitur, ubi otium paulo fuerit. Nam Deuteronomion cogor absolvere, ne damno mulctentur typographi. Gaudeo Jodoco Kern sic adesse Christum, et Alstadium resipiscere. Orlamundensis Pastor quae scribat, vide in his ejus literis, ut intelligas, me plane divinasse de Carlstadio, cum traditum ipsum Diabolo statuissem. O misera miseria hominum, si Christus nos deserat. Ille heri, ego hodie (inquit ille). Quis non hanc vitam metuat, quam Satan tam potenter et malitiose possidet? Vale et ora pro me. Sabbatho post Dorotheae MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

17. Februar. N°. DCLXXV.

An Spalatin.

Einladung zu einem Schulfeste.

Bey Buddeus p. 41. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 250. Deutsch bey Walch XXI. 98.

D. Georgio Spalatino, Evangelistae in aula Saxoniae, suo in Domino.

Gratia et pax. Et ego quoque vice totius imperii et regni illius poëtici nostri te invito, mi Spalatine, ut assis Dominica proxima vesperi visurus et auditurus poëtas et rhetores pubescentes Witembergae, simul et comoediam ludendam et carmina cantanda, denique ad escas et potus pro poëtico regno

---

*) Vgl. Br. v. 18. Januar No. DCLXIV., wo aber nur von Einem Juden die Rede ist.

devorandos. Sed sic, ut si fieri potest, aliquid ferinae praemittas vel comportes. Agentur omnia in monasterio quondam nostro, prout decet tales convivas accipere. Caetera coram. Vale. Witembergae, feria 5. post LXX. MDXXV.

Martinus Luther.

---

20. Februar. N°. DCLXXVI.

An Paulus Lemberg, Abt in Sagan.

Ein gemeinschaftlich mit den andern Wittenberger Theologen und dem Rechtsgelehrten Benedict Pauli ausgestelltes Ehebedenken.

Aus dem auf der Wolfenbüttler Bibliothek befindlichen Original.

Reverendo Patri D. Paulo Lembergo, Abbati in Sagan.

S. Reverende Pater. Significamus vobis et ecclesiae vestrae Martinus Lutherus, Jodocus Jonas, Johannes Bugenhagius Pomeranus, Benedictus Paulus, Philippus Melanchthon, quod causa mulieris Hedwigis et Erasmi Herzogs audierimus, et acta publica relegerimus. Proinde ita pronuntiamus de conscientiae potestate. Si mulier bona conscientia confirmat, virum fuisse impotentem, seu conatum reddere debitum non potuisse, ille maritus non fuit, et haec libera est. Neque vero mulieris infirmitati ac conscientiae obesse hoc debet, quod Erasmus Herzog negat se impotentem esse, dum diu . . . . . . non probet, aut probaverit. Et quia mulier Hedwig diu jam cohabitat cum Magistro Balthassar Jugelio (?) isque eam pro uxore se habuisse adfirmat, aequum est, ut retineat eam. Nam cum profugientem ab impotente viro duxerit, plane conscientiam suam obligavit. Vos recte facieritis (?), si legitimis ritibus matrimonium adprobaveritis. De hac nostra sententia sigillis et nostris testificamur. Valete. Dat. Wittebergae, XX. Febr. anno MDXXV.

Martinus Luther.
J. Jonas.
Joannes Bugenhagius Pomeranus.
Benedictus Paulus.

20. Februar. N°. DCLXXVII.

An Joh. Lange.

Empfehlung eines jungen Menschen, nebst einigen Neuigkeiten.

Bey Aurifaber II. 293. Deutsch bey Walch XXI. 959.

Gratiam et pacem in Christo. Petiit harum bajulus, mi Lange, ut ad te darem ei commendatitias literas, cum Erfordiam esset petiturus, et conditionem aliquam vivendi quaesiturus. Cum autem tu sis non solum corpore, sed etiam consiliis dives, commendo eum tibi diligenter, si quid potes ei consulere.

Nova hic nulla, nisi quod exustus dicitur apud Mechlinam pro verbo Dei Bernhardus Carmelita quidam, sicut et Henricus noster in Diethmaria. Philippo heri dedit Deus Philippulum, qualem et tibi opto det Deus. Vale et ora pro me. Witembergae, feria post Sexagesimam, anno MDXXV.

Martinus Luther.

Ende Februars. N⁰. DCLXXVIII.

An den Kurfürsten Friedrich.

Karlstadt hatte sich unter d. 12. Febr. an Spalatin schriftlich gewendet, und unter Berufung auf ein (nicht mehr verhandenes) Schreiben Luthers v. 23. Dec. 24., worin dieser ihm Hoffnung zur Aussöhnung gemacht hatte, um eine Unterredung mit L. nachgesucht. L. bittet deßhalb den Kurfürsten um freyes Geleite für ihn. Nach Seckendorf L. II. p. 28. schlug es der Kurfürst unter dem 25. Febr. ab. Vgl. aber d. Br. an Spalatin v. 12. u. 20. März No. DCLXXXII. u. DCLXXXIV.

Zuerst aus dem im Weim. Gesammt-Archiv befindlichen Original im Leipz. Supplem. S. 37., dann bey Walch XXI. 84. Wir haben das Original verglichen.

Dem Durchleuchtigen, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Friedrich, Herzog zu Sachsen, des Ro. Reichs Kurfürst und Erzmarschalk, Landgraf in Thüringen und Markgraf in Meissen, meinem gnädigsten Herrn.

Gnad und Fried in Christo. Durchl. Hochgeborner Fürst, gnädigster Herr. M. Georgius Spalatinus wird E. K. F. G. anzeigen Schrift D. Karlstadts, was derselb an mir begehrt. Nu ists wahr, ich habe ihm verheißen, wo er sich wollte lassen freundlich weisen, odder mit mir unterreden, wie er mir entbotten hat, wollte ich besehen, ob ich ihm ein Geleit erwerben mocht, odder wollt an einen Ort ausser E. K. F. G. Lande, so ichs nicht erworbe, zu ihm komen, damit gespurt würde, daß ja nicht an mir feylen sollt, was zu Ehren dem heil. Evangelio und unser aller Heil gut und nützlich wurde angesehen: ist derhalben an E. K. F. G. mein unterthänige Bitt, wo es muglich ist, E. K. F. G. wollt demselben D. Karlstadt, eine Zeitlang mit mir zu reden, ein schriftlich Geleit gnädiglich geben, auf daß er nicht aber klagen dürfte, [1]) es feyle an ihm nicht, sondern an mir, sie suchen sonst Ursach . . genau. Hilfts, so hilfts; denn ich habe wenig Hofnung zu ihm, so stolz als seine Schrift lautet. Hiemit Gott in seine Gnade befohlen. Zu Wittenberg am Sonnabend nach . . 1525.

E. K. F. G.

unterthäniger

Mart. Luther.

Ende Februars. *) No. DCLXXIX.

An Spalatin.

L. übersendet ein Schreiben von Karlstadt, und bittet sein Gesuch um freyes Geleite für ihn zu unterstützen. Vgl. d. vorigen Br.

Bey Aurifaber II. 279. b. Deutsch bey Walch XV. 2467.

Gratia et pax. Mitto literas Carlstadii ad me datas, mi Spalatine, quibus respondit meis per Joakim **) ad eum datis,

1) Dieses Wort ist vom Original weggerissen.

*) Das Datum des Briefs ist offenbar falsch, wie man aus Vergleichung der Br. v. 12. u. 28. März No. DCLXXXII. u. DCLXXXIV. und des vorigen sieht, und vielleicht durch eine Verwechselung mit dem bey Aurifaber vorhergehenden, dieses Datum führenden Briefe entstanden. **) Joachim Camerarius. Vgl. d. Einleit. zum vorigen Brief.

ut vides. Nunc illud restat, ut adjuves me impetrare literas publicae fidei a Principe pro Cartstadio ad tempus, pro colloquio mutuo. Quamvis enim parum sperem, illum plausu vulgi inflatum et induratum cedere posse, tamen hoc mihi agendum est, ne captet occasionem criminandi Evangelii, id quod unice insidiantur semper et ubique, simul ut nihil omisisse videat nos Deus, et sciat mundus, quod ad eos sanandos faceret. Promisi enim ei literis meis, si vera essent, quae retulit Joakim, curaturum me, ut fide publica mecum colloqueretur, vel ego ad eum aliquo loco pro colloquio interim exularem a Witemberga. Novitates remittam. Vale et ora pro me. [Sabbatho post Laetare] anno MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

5. März. N°. DCLXXX.

An Theobald Billicanus.

Beantwortung der Frage, ob die Kraft des Sacraments von der Würdigkeit des verwaltenden Geistlichen abhange.

Bey Aurifaber II. 272. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 179. Deutsch bey Walch XXI. 959.

D. Theobaldo Billicano, Evangelistae Nordlingae, suo in Christo fratri charissimo. 1)

Gratia et pax in Domino. Longiusculis tuis ad me datis literis, mi Theobalde, arbitror simul 2) satisfactum libello de Sacramento adversus Carlstadium. Quod vero nuper ad Philippum de officio benedictionis panis dominici scribis, sic intellexi, quasi impius non possit panem consecrare aut benedicere. Ego secus sentio, scilicet verbum Dei esse verbum Dei non nostra sanctitate, sed sua propria virtute, et facere, quod facit, nullo nostro merito, sed sua natura. Scis enim 3) Evangelium ab Apostolo Rom. I. nominari virtutem Dei potentem

1) Aurif. — suo etc. 2) Cod. J. similiter. 3) Cod. J. autem.

salvos facere credentes. Et tamen non omnes obediunt Evangelio, ejusdem X. Deinde praedicatur a contentiosis et invidis, Philip. I., nec propter horum dignitatem, [1]) aut eorum incredulitatem desinit esse verbum Dei ac virtus Dei. Licet enim infirmum et stultum sit impiis, sapiens tamen et potens est [2]) piis. Nec ergo fide piorum fit aliud aut melius, nec incredulitate impiorum pejus. Alioqui Divinitas ipsa non est impiis ursus et leaena, piis vero salus et vita. Igitur cum virtute verbi et institutum sit Sacramentum, et ejusdem virtute conficiatur, non habetur ratio ministri, qui facit, si Sacramentum spectes, licet, si salutem ejus spectes propriam, habenda sit. Christus enim et ipse non virtute suae sanctimoniae, sed virtute verbi et instituit et benedixit. Quare sicut verbum Dei, ubi [3]) fuerit virtus Dei, est potens, licet impii [4]) hac potentia non fruantur, ita Sacramentum, ubi [5]) benedicitur, Sacramentum est perfectum, licet impii ea benedictione non fruantur. Nos enim plantatores et rigatores sumus, verbum vitae et Sacramentum salutis ministrantes, sed incrementi datores non sumus. Ministramus vero idem verbum et Sacramentum, quod Christus ministravit, qui et ipse, ut in Judaeis verbo nihil effecit, ita Sacramentum Judae Ischarioti frustra dedit. Nihilominus verum verbum illos docuit, et verum Sacramentum huic dedit. Alioqui si fides ministrantium et recipientium spectanda est, incerta erunt omnia, an verbum et Sacramentum uspiam sit, cum incerta sit omnium fides. At nunc non ex lege aut nostris meritis, [6]) sed ex promissione stat verbi et Sacramenti integritas, ut firma et certa sit scientia ministerii sancti in populo Dei. Haec habui, quae dicerem. Tu boni consule, ac ora pro me Christum, cujus gratia sit tecum, Amen. Witembergae, Dominica Invocavit, anno MDXXV.

Martinus Lutherus.

---

1) Cod. J. indignitatem. 2) Cod. J. — est. 3) Cod. J. † ubi.
4) Cod. J. † hic, 5) Cod. J. † ubi. 6) Cod. J. nominis merito.

11. März. No. DCLXXXI.

An Spalatin.

Ausser einigen Beziehungen auf Geschäfte und Personen eine Aeusserung über die Gefangenschaft des Königs von Frankreich u. a.

Bey Aurifaber II. 273. b. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 200. Deutsch bey Walch XV. Anh. CXXIX.

D. M. Georgio Spalatino, servo Chr. 1)

Gratia et pax. De casu conjugii respondebit Pomeranus, ut petiisti, mi Spalatine. Praeceptori Reissenbusch scribam tandem, *) quanquam mirer huic 2) opus esse hac scriptione, qui e libris tot copiosius legere et discere possit haec. Regem Gallorum (sive caro sit, sive aliud) non gaudeo victum et captum esse: victum esse ferri potuit, captum esse certe monstrum est. Sed quid in his operibus Dei, nisi opera Dei consideres? qui elevat regna, ut dejiciat. Venit hora regni Gallorum forte, et ut de Troja ille dixit: *venit summa dies, et ineluctabile fatum.* Cepit ille sic antea Ducem Mediolanensem, nunc capitur ipse: Caesar triumphat, ut et ipse cadat tandem, quanquam sic reges et principes dejici nostro saeculo, mihi unum de signis esse videtur testantibus casurum mundum per novissimum diem. Majora sunt signa haec quam quisque putet. Et ut nunc principes sinunt vulgus insolescere, futurum est, ut plures ita cadant. Sic urget forte fatum. Unum placet, frustratum esse Antichristi conatum, qui in rege Galliae coeperat niti, ut ostendat Deus, se et hujus tyranni animarum omnia consilia velle irrita facere, et ad finem sui perducere.

Marscalco et compatior damnis tot affecto, et congratulor tanto spiritu et fide praedito, quem et omnes saluta valde. Witembergae, sabbatho post Invocavit, MDXXV.

Martinus Luther.

---

1) Aurif. — servo Chr. 2) Aurif. hic.

---

*) Vgl. Br. v. 27. März. No. DCLXXXVII.

12. März. N°. DCLXXXII.

An Spalatin.

Bitte um freyes Geleite für einen Kirchenräuber und für Karlstadt.

Bey Buddeus p. 42. Vgl. Cod. Jen. a.; f. 250. Deutsch bey Walch XXI. 962.

D. Georgio Spalatino, servo Christi in aula Saxoniae, suo charissimo fratri.

Gnade und Friede in Christo. Hanc mulierculam quaeso, mi Spalatine, ut audias et juves in causa sua. Petit vero fidem publicam viro suo a Principe, quod templum quoddam in Schönfeld spoliarit, ut liceat vel redire Schmidburgum, ubi habitavit, vel compositis rebus, cum uxore sua degere. Reliqua ex ipsa disces. Ego tantum debui. Caeterum scripsi ad te, et literas Carlstadii misi, ut ei fidem similem a Principe impetrarem: *) miror non esse redditas, vel sic taceri mihi in aula. Vale in Domino. Philippus insomnia paene extinctus esset. Adhuc satis aegrotat eo morbo, si quid remedii nosti, adhibe. Vale, et ora pro me. Wittembergae MDXXV, Dominica Reminiscere.

